3 quisque clamantes. emissum etiam signum Camilli iussu in
hostium aciem ferunt, idque ut repeteretur concitatos ante-
4 signanos. ibi primum pulsum Antiatem, terroremque non in
primam tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios perlatum.
5 nec vis tantum militum movebat excitata praesentia ducis, sed
quod Volscorum animis nihil terribilius erat quam ipsius
6 Camilli forte oblata species; ita, quocumque se intulisset, vic-
toriam secum haud dubiam trahebat. maxime id evidens fuit,
cum in laevum cornu prope iam pulsum arrepto repente equo
cum scuto pedestri advectus conspectu suo proelium restituit,
7 ostentans vincentem ceteram aciem. iam inclinata res erat,
sed turba hostium et fuga impediebatur et longa caede con-
ficienda multitudo tanta fesso militi erat, cum repente ingen-
tibus procellis fusus imber certam magis victoriam quam
proelium diremit.
8 Signo deinde receptui dato nox insecuta quietis Romanis
perfecit bellum; Latini namque et Hernici relictis Volscis
domos profecti sunt, malis consiliis pares adepti eventus.
9 Volsci, ubi se desertos ab eis videre, quorum fiducia rebella-
verant, relictis castris moenibus Satrici se includunt. quos
primo Camillus vallo circumdare et aggere atque operibus
10 oppugnare est adortus. quae postquam nulla eruptione im-

clamore sublato] der gewöhnliche Ausdruck für das Kriegsgeschrei.

Camilli iussu] weil er nicht kräftig genug war, um die Fahne selber zu werfen. — Der Verlust eines Feldzeichens galt als eine Schande. Daher warfen oft römische Anführer, um die Soldaten zur Tapferkeit zu nötigen, ein Feldzeichen in die Feinde hinein: 34, 46, 12 *rem in asperis proeliis saepe temptatam, signa adempta signiferis in hostes iniecerunt;* 3, 70, 10; 4, 29, 3; 25, 14, 4; 41, 4, 2.

antesignanos] 'das Vordertreffen', bestehend aus den Hastati und Principes, welche im geordneten Kampfe vor den Feldzeichen standen, während die Triarier oder Veteranen hinter denselben folgten (8, 8, 5 fg.).

5. *vis*] hier im Sinne von *fortitudo*.

movebat] absolut 'wirkte, machte Eindruck' (1, 59, 4; 2, 2, 9; 3, 18, 6; 5, 55, 1).

6. *intulisset*] = *intulerat*. Der Konj. des Imperf. und Plusqpf. steht bei Livius und in der späteren Prosa oft in Nebensätzen, um die Handlung als eine mehrmalige zu bezeichnen, nach *quocumque* auch 5, 42, 4 (*Coniunctivus iterativus*; Kap. 9, 4; 28, 7).

cornu] scil. *Romanorum*.

arrepto] 'erfaſst'. Wir sagen dafür: sich auf ein Pferd werfen.

pedestri] indem er sich nicht Zeit nahm, sich einen bequemeren Reiterschild (*parma*) geben zu lassen.

7. *turbā*] Durch die Verwirrung der Feinde wurde einerseits ihre Flucht erschwert, anderseits hätte das Niederhauen einer solchen Menge ein langes Gemetzel erfordert.

8. *quietis Romanis*] Abl., ohne Zuthun der R.

perfecit] Statt *conficere bellum* sagt Livius regelmäſsig *perficere bellum* (z. B. 5, 4, 9; 6, 2; 16, 11).

namque ist, wie *itaque*, in der Prosa zuerst bei Livius zuweilen zweites Wort des Satzes. 5, 11, 6.

9. *oppugnare est adortus*] Vgl. Kap. 2, 8.

10. *quae ... videt*] Sinn: *sed post-*

pediri videt, minus esse animi ratus in hoste, quam ut in eo
tam lentae spei victoriam exspectaret, cohortatus milites, ne
tamquam Veios oppugnantes in opere longinquo sese tererent
(: victoriam in manibus esse), ingenti militum alacritate moenia
undique adgressus scalis oppidum cepit. Volsci abiectis armis
sese dediderunt.

Ceterum animus ducis rei maiori, Antio, imminebat: id 9
caput Volscorum, eam fuisse originem proximi belli. sed quia 2
nisi magno apparatu, tormentis machinisque, tam valida urbs
capi non poterat, relicto ad exercitum collega Romam est
profectus, ut senatum ad excidendum Antium hortaretur. inter 3
sermonem eius (— credo rem Antiatem diuturniorem manere
dis cordi fuisse —) legati ab Nepete ac Sutrio auxilium ad-
versus Etruscos petentes veniunt, brevem occasionem esse
ferendi auxilii memorantes.

Eo vim Camilli ab Antio fortuna avertit. namque cum 4
ea loca opposita Etruriae et velut claustra inde portaeque
essent, et illis occupandi ea, cum quid novi molirentur, et
Romanis recuperandi tuendique cura erat. igitur senatui cum 5
Camillo agi placuit, ut omisso Antio bellum Etruscum susci-
peret. legiones urbanae, quibus Quinctius praefuerat, ei decer-

quam videt nullam eruptionem ad ea impediendа fieri.

tam lentae spei] 'der in so ferner Aussicht stehe', d. h. auf den erst nach so langer Zeit zu hoffen sei.

tamquam] mit Partic. statt *si*, = *tamquam si Veios oppugnarent.*

sese tererent] 'sich abmühen'. Vgl. Kap. 27, 7.

in manibus] d. h. leicht zu erlangen, völlig sicher. Sall. Cat. 20, 2.

9. 1. *imminebat*] 'neigte sich zu . . . hin', d. h. verlangte. In diesem Sinne wird *immineo* mit dem Dativ (3, 51, 9; 4, 25, 9; 8, 22, 10; 31, 47, 6; 33, 11, 7) oder mit *in* c. acc. (23, 16, 3; 25, 20, 5; 30, 28, 9) verbunden.

caput] Dazu ergänze man *esse* aus dem folgenden *fuisse.*

2. *apparatu*] scil. *oppugnandae urbis* (vgl. 5, 5, 6; 23, 16, 11), 'Belagerungsmaterial', namentlich 'Geschütze' (*tormenta,* Ballisten und Katapulten) und 'Kriegsmaschinen' (z. B. Mauerbrecher, Laufhallen, Türme).

valida urbs] Sie lag auf einer ins Meer vorspringenden Anhöhe

ad exercitum] bei Livius oft statt *apud exercitum* (3, 29, 3 u. 31, 4; 22, 34, 10 u. 40, 6; 24, 9, 9; 29, 20, 8). Vgl. *ad urbem* Kap. 6, 13.

3. *cordi*] *cordi est* 'es ist angenehm, erfreulich' (28, 20, 7), oft mit dem Dat. *dis* (Kap. 20, 16; 1, 39, 4; 9, 1, 4) oder dem Dat. einer Person (8, 7, 6; 26, 50, 4; 28, 18, 5; 30, 17, 12).

Nĕpĕtĕ] So heifst auch der Nominativ, j. *Nepi,* bei Falerii. Das Adjektiv dazu ist *Nepesīnus.*

4. *opposita*] Sie lagen dem eigentlichen Etrurien entgegen, d. h. am Eingang zu demselben.

claustra] 'die Schlüssel', deren Besitzer den Etruskern den Zugang zum römischen Gebiet und den Römern den Zugang zu Etrurien versperren oder offen halten konnten.

inde] = *ab ea parte*, nämlich *Etruriae.*

illis] = *Etruscis.*

molirentur] Coniunctivus iterativus (vgl. Kap. 8, 6). Subjekt dazu ist *loca.*

5. *legiones*] Unzweifelhaft erhielt Camillus jetzt die Truppen, welche in Kap. 6, 13 dem alten Q. Servi-

6 nuntur. quamquam expertum exercitum assuetumque imperio,
qui in Volscis erat, mallet, nihil recusavit; Valerium tantum-
modo imperii socium depoposcit. Quinctius Horatiusque suc-
cessores Valerio in Volscos missi.

7 Profecti ab urbe Sutrium Furius et Valerius partem op-
pidi iam captam ab Etruscis invenere, ex parte altera inter-
saeptis itineribus aegre oppidanos vim hostium ab se arcentes.
8 cum Romani auxilii adventus, tum Camilli nomen celeberrimum
apud hostes sociosque et in praesentia rem inclinatam sustinuit
et spatium ad opem ferendam dedit.

9 Itaque diviso exercitu Camillus collegam in eam partem
circumductis copiis, quam hostes tenebant, moenia adgredi
iubet, non tam a spe scalis capi urbem posse, quam ut aversis
eo hostibus et oppidanis iam pugnando fessis laxaretur labor
10 et ipse spatium intrandi sine certamine moenia haberet. quod
cum simul utrimque factum esset ancepsque terror Etruscos
circumstaret et moenia summa vi oppugnari et intra moenia
esse hostem viderent, porta se, quae una forte non obsidebatur,
11 trepidi uno agmine eiecere. magna caedes fugientium et in
urbe et per agros est facta. plures a Furianis intra moenia
caesi; Valeriani expeditiores ad persequendos fuere, nec ante
12 noctem, quae conspectum ademit, finem caedendi fecere. Sutrio
recepto restitutoque sociis Nepete exercitus ductus, quod per
deditionem acceptum iam totum Etrusci habebant.

10 Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris fore, non eo
solum, quod tota hostium erat, sed etiam quod parte Nepe-
2 sinorum prodente civitatem facta erat deditio. mitti tamen ad
principes eorum placuit, ut secernerent se ab Etruscis fidem-

lius übergeben wurden, nicht die *causarii* und *seniores*, welche dem Quinctius ursprünglich bestimmt waren (Kap. 6, 14) und welche wohl erst jetzt unter die Waffen gerufen wurden. Da nun Q. Servilius auch später nicht mehr erwähnt wird, so ist wahrscheinlich, dafs er inzwischen erkrankt oder gestorben war.

6. *mallet*] Der Konjunktiv läfst sich erklären, indem ein Bedingungssatz hinzugedacht wird ('wenn es ihm frei gestanden hätte'). Doch folgt bei Livius an vier Stellen auch sonst der Konjunktiv nach *quamquam* (23, 29, 7; 36, 34, 6; 38, 9, 11; 45, 17, 7), wie zuweilen bei Dichtern und oft bei Tacitus.

7. *ex parte altera*] = *in altera parte oppidi.*

intersaeptis] 'versperrt', durch Barrikaden.

8. *in praesentia*] für den Augenblick. Kap. 42, 3.

9. *a spe*] auch 27, 17, 5, = *ob spem* (vgl. Kap. 2, 9).

aversis eo hostibus] = *si hostes in eam partem aversi essent.*

oppidanis] Dativ!

10. *anceps terror*] indem auch Camillus, nachdem er in die Stadt eingerückt war, die Etrusker angriff.

porta] Ablativ des Weges, = *per portam*, oft bei Livius.

11. *in . . . per*] Wechsel der Präposition, wie Kap. 8, 4 u. 34, 5.

a Furianis] von den Truppen des Camillus.

ad persequendos] scil. *eos.*

10. 2. *mitti*] scil. *nuntios.*

placuit] näml. *Camillo.*

que, quam implorassent ab Romanis, ipsi praestarent. unde 3
cum responsum allatum esset nihil suae potestatis esse, Etruscos
moenia custodiasque portarum tenere, primo populationibus
agri terror est oppidanis admotus; deinde, postquam deditionis 4
quam societatis fides sanctior erat, fascibus sarmentorum ex
agro collatis ductus ad moenia exercitus completisque fossis
scalae admotae, et clamore primo impetuque oppidum capitur.
Nepesinis inde edictum, ut arma ponant, parcique iussum 5
inermi; Etrusci pariter armati atque inermes caesi, Nepesinorum
quoque auctores deditionis securi percussi; innoxiae multitudini
redditae res, oppidumque cum praesidio relictum.

Ita duabus sociis urbibus ex hoste receptis victorem 6
exercitum tribuni cum magna gloria Romam reduxerunt.

Eodem anno ab Latinis Hernicisque res repetitae quaesitumque, cur per eos annos militem ex instituto non dedissent.
responsum frequenti utriusque gentis concilio est nec culpam 7
in eo publicam nec consilium fuisse, quod suae iuventutis
aliqui apud Volscos militaverint; eos tamen ipsos pravi consilii 8

3. *unde*] auf Personen bezogen, = *a quibus, a principibus Nepesinorum.* Auf diese bezieht sich dann *suae.*

nihil etc.] nichts sei in ihrer Macht, hange von ihnen ab.

admotus] = *illatus, iniectus,* eingeflöfst, eingejagt.

4. *postquam*] bei Sallust und Livius oft mit dem Imperf. verbunden zur Bezeichnung eines Zustandes: Kap. 13, 3; 29, 1; 30, 7; 32, 1.

quam societatis] ungewöhnlich vor den Komparativ gestellt. Vgl. Kap. 4, 11.

5. *ponant*] für *ponerent,* als ob vorausgehe: *edicitur.*

Nepesinorum] = *ex Nepesinis,* Gen. partit. in freierer Anwendung, als ob nachfolge: *ii, qui auctores deditionis fuerant.* Die Wortstellung gestattet nicht, *Nepesinorum* von *deditionis* abhängig zu machen.

redditae res] Die schuldlose Menge erhält ihr Eigentum zurück; also wurden die Güter der hingerichteten Verräter eingezogen.

cum praesidio] zu betonen: wurde unter militärischem Schutze gelassen. Man erwartet: *et in oppido praesidium relictum est.* Drei Jahre später erhielt Nepete eine Kolonie (Kap. 21, 4).

6. *tribuni*] Camillus und Valerius. Auch Quinctius und Horatius brachten ihr Heer aus dem Volskerlande zurück, was jedoch Livius nicht erwähnt. Im folgenden Jahr wurde ein neues Heer dorthin geführt (Kap. 12, 1).

res repetitae] scil. *sunt.* Dies ist Terminus technicus für die einer Kriegserklärung vorausgehende Forderung, dafs die bei einem Einfall auf röm. Gebiet geraubten Sachen zurückerstattet oder für ein Unrecht Genugthuung geleistet werde (z. B. 1, 22, 4 u. 32, 14; 4, 30, 13; 21, 10, 6).

ex instituto] 'nach der Regel, vertragsmäfsig'. Nach dem Bündnis hatten die Latiner und Herniker den Römern bei jeder ordentlichen Aushebung ein Kontingent zu stellen.

7. *aliqui*] Vgl. Kap. 6, 5. Die beiden mit Rom verbündeten Staaten bedienen sich der Ausrede, sie seien nur für das verantwortlich, was bei ihnen nach öffentlichem Beschlusse geschehen sei, während es ihre Pflicht war, ihren Angehörigen die Teilnahme an einem Kriege gegen Rom zu verbieten.

8. *eos tamen* etc.] gegen die Schuldigen könnten sie jedoch nicht einschreiten (vgl. Kap. 17, 7), denn . . .

poenam habere, nec quemquam ex iis reducem esse; militis autem non dati causam terrorem assiduum a Volscis fuisse, quam pestem adhaerentem lateri suo tot super alia aliis bellis
9 exhauriri nequisse. quae relata patribus magis tempus quam causam non visa belli habere.

11 Insequenti anno, A. Manlio, P. Cornelio, T. et L. Quinctiis Capitolinis, L. Papirio Cursore iterum, *C. Sergio iterum* tribunis consulari potestate, grave bellum foris, gravior domi seditio
2 exorta, — bellum ab Volscis adiuncta Latinorum atque Hernicorum defectione, seditio, unde minime timeri potuit, a patriciae gentis viro et inclitae famae, M. Manlio Capitolino.
3 Qui nimius animi cum alios principes sperneret, uni invideret, eximio simul honoribus atque virtutibus, M. Furio, aegre ferebat solum eum in magistratibus, solum apud exer-
4 citus esse: tantum iam eminere, ut iisdem auspiciis creatos non

nec quemquam etc.] Vgl. dagegen Kap. 8, 8.

militis . . . causam] = *causam autem, cur milites non dati essent.*

a Volscis] 'vor den V.', wie *ab* oft nach *periculum* und *metus* steht. Vgl. Kap. 2, 9.

quam pestem] 'und diese Plage'. Man beachte, dafs der Relativsatz, wie ein Hauptsatz, in den Acc. c. Inf. gesetzt ist.

super alia aliis] 'nach einander', eine bei Livius oft vorkommende Wendung zur Bezeichnung der Häufung. (Sonst findet sie sich nur noch bei Lactanz einmal.)

6. *magis* etc.] = *magis tempus belli non habere visa sunt quam causam belli non habere.* Sinn: der Senat glaubte, es wäre Grund zu einem Kriege vorhanden, aber es sei jetzt nicht geeignete Zeit für einen solchen.

Kap. **11—17.** Das Jahr 369 der Stadt (385 v. Chr.): neuer Krieg gegen die Volsker; M. Manlius Capitolinus nimmt sich der bedrängten Schuldner an, wird als Aufrührer verhaftet, dann aber wieder in Freiheit gesetzt.

11. 1. *A. Manlio*] Er hatte das Konsulartribunat schon 389 v. Chr. bekleidet, ebenso *P. Cornelius* (Kap. 1, 8).

T. et L. Quinctiis] Dieser *T. Quinctius Capitolinus* ist zu unterscheiden von *T. Quinctius Cincinnatus* (vgl. Kap. 4, 7 u. 18, 1). Auch ist nicht sicher, dafs *L. Quinctius Capitolinus* dieselbe Person ist mit dem Konsulartribun des vorhergehenden Jahres (Kap. 6, 3).

L. Papirio] Er war 387 Konsulartribun gewesen; ebenso *C. Sergius Fidenas.*

2. *bellum*] näml. *ortum est.*

unde] Davor ergänze man *inde* (5, 7, 1).

patriciae gentis] Gen. qual. (ebenso 3, 27, 1 u. 33, 9). Wir erwarten ein *ex.*

M. Manlio] Vgl. Kap. 5, 6.

3. *nimius animi*] übermäfsig in seinem Geiste, d. h. voll Hochmut, Anmafsung. Vgl. Kap. 36, 8 *stupentes animi;* 8, 13, 7 *suspensus animi;* Tac. Hist. 3, 75 *sermonis nimius erat.*

alios principes] die andern Grofsen, Vornehmen, die *primores patrum.*

solum eum . . . esse] rhetorische Übertreibung, durch das Folgende erklärt und beschränkt.

apud exercitus] Warum nicht *ad exercitus,* wie 24, 10, 3 (vgl. Kap. 9, 2)? Sinn: wohl seien auch andere bei den Heeren (in rein örtlichem Sinne), aber in den Augen, nach dem Urteile der Soldaten hange alles von Camillus ab.

4. *eminere*] scil. *eum.* Die Oratio obliqua ist abhängig zu denken von einem aus *aegre ferebat* zu ent-

pro collegis, sed pro ministris habeat, cum interim, si quis
vere aestimare velit, a M. Furio recuperari patria ex obsidione
hostium non potuerit, nisi a se prius Capitolium atque arx
servata esset, et ille inter aurum accipiendum et in spem pacis 5
solutis animis Gallos adgressus sit, ipse armatos capientesque
arcem depulerit; illius gloriae pars virilis apud omnes milites
sit, qui simul vicerint, suae victoriae neminem omnium mor-
talium socium esse *constet.*
His opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque ingenii 6
vehemens et impotens, postquam inter patres non, quantum
aequum censebat, excellere suas opes animadvertit, primus 7
omnium ex patribus popularis factus cum plebeis magistratibus
consilia communicare, criminando patres, adliciendo ad se
plebem iam aura, non consilio ferri famaeque magnae malle
quam bonae esse. et non contentus agrariis legibus, quae 8

nehmenden Verb des Sagens. Dafs *tantum iam eminere* etc. wirklich eine indirekte Rede ist, nicht blofs ein von *aegre ferebat* abhängiger Acc. c. Inf., zeigen die Tempora der Nebensätze, welche aus der direkten Rede beibehalten sind, so *habeat* statt *haberet.*

cum interim] 'während indessen, während doch', mehr die Gegenüberstellung bezeichnend als die Zeit.

aestimare] ohne Objekt, 'wenn man billig urteilen wolle'. 30, 22, 3.

5. *et ille* etc.] Die folgenden zwei Satzpaare werden im Deutschen besser von *cum interim* abgelöst und in Hauptsätze verwandelt.

inter] 'während', bei Livius zuweilen mit Gerundivum, dagegen bei keinem andern Klassiker und auch sonst sehr selten (Kap. 39, 10; 9, 11, 6; 34, 25, 6; 40, 42, 1).

in spem] 'in der Hoffnung', eigentlich 'auf die Hoffnung hin'. 44, 25, 10 (*Perseus aiebat se*) *in spem Romanae pacis non recusare impensam.*

solutis] sorglos.

pars virilis] 'ein Mannesanteil'; oft *pro virili parte.*

mortalium] Sallust gebraucht *mortales* oft nach Art der Dichter statt *homines,* Caesar nie, Cicero nur mit den Attributen *multi, omnes, cuncti,* Livius auch sonst zuweilen in Reden und in Schlachtenberichten. Kap. 16, 4; 35, 6.

6. *ad hoc*] = *praeterea,* oft bei Sallust und Livius (Kap. 12, 6; 14, 11; 20, 8).

vitio ingenii] Charakterfehler, fehlerhafte Gemütsanlage.

impotens] näml. *sui* oder *animi,* ohne Selbstbeherrschung, leidenschaftlich.

inter patres] = *inter patricios,* namentlich im Senat.

7. *popularis*] Schon früher hatten sich Valerius Publicola (2, 8, 2) und Spurius Cassius während ihrer Konsulate (509—486 v. Chr.) als Volksfreunde hervorgethan; Manlius aber ist der erste Patrizier, welcher als Privatmann und mit seinem eigenen Vermögen die Gunst der Plebs sucht (*supra modum hominis privati* 4, 13, 3), wie 439 v. Chr. Spurius Maelius (zu Kap. 17, 2).

plebeis] *īs* kontrahiert aus *iis;* vgl. Kap. 4, 5 *Veis.*

aura] näml. *populari,* 'liefs sich durch die Volksgunst, nicht durch die Überlegung leiten'.

8. *legibus*] Livius meint nicht, dafs Manlius ein Ackergesetz angeregt habe, sondern dafs er etwas Gefährlicheres unternommen habe, näml. das allgemeine Vertrauen, den Kredit (*fidem;* Kap. 41, 11) zu erschüttern, indem er die Verurteilungen wegen nicht geleisteter

materia semper tribunis plebi seditionum fuisset, fidem moliri coepit: acriores quippe aeris alieni stimulos esse, qui non egestatem modo atque ignominiam minentur, sed nervo ac
9 vinculis corpus liberum territent. et erat aeris alieni magna vis re damnosissima etiam divitibus, aedificando, contracta.

Bellum itaque Volscum, grave per se, oneratum Latinorum atque Hernicorum defectione, in speciem causae iactatum, ut
10 maior potestas quaereretur; sed nova consilia Manlii magis compulere senatum ad dictatorem creandum. creatus A. Cornelius Cossus magistrum equitum dixit T. Quinctium Capitolinum.

12 Dictator, etsi maiorem dimicationem propositam domi quam foris cernebat, tamen, seu quia celeritate ad bellum opus erat, seu victoria triumphoque dictaturae ipsi vires se addi-

Zahlungen zu hindern suchte (vgl. Kap. 20, 6).

plebi] Gen. der 5. Deklin., kontrahiert aus *plebēī*, oft bei Livius.

moliri] wankend machen, umstofsen.

acriores] nämlich *quam stimulos agrariarum legum:* es schien dem Manlius weniger leicht, die Plebs gegen die Patrizier aufzureizen durch Ackergesetze, welche ihr gröfseren Besitz in Aussicht stellten und ihre Begehrlichkeit erregten, als durch das Verlangen nach einer Änderung der harten Schuldgesetze.

stimulos] Der Druck der Schuldgesetze wird verglichen mit den zum Anspornen der Tiere und Sklaven verwendeten Stacheln; durch diese werden die säumigen Schuldner zur Bezahlung getrieben.

minentur] Das Präsens deutet darauf, dafs der Acc. c. Inf. von einem Verbum des Sagens (nicht blofs des Denkens) abhängig gedacht wird (in direkter Rede: *minantur*).

nervo ac vinculis] Die Exekution gegen einen säumigen Schuldner wurde eingeleitet, indem der Richter (d. h. Konsul oder Konsulartribun) die *domum ductio* gestattete, d. h. der *pecuniae iudicatus* (Kap. 14, 3 u. 10) wurde in das Haus des Gläubigers abgeführt· Dort durfte er, damit er nicht entfliehe, mit einem Fufsblock (*nervus*) oder mit Beinschellen (*compĕdes*) gefesselt werden; dagegen wurde er vom Gläubiger ernährt. Der so Zurückgehaltene hiefs auch *nexus*. Wurde der Gläubiger nicht innerhalb 60 Tagen befriedigt (z. B. durch Arbeit), so pflegte die definitive Exekution zu erfolgen, die *addictio,* d. h. die Zusprechung des Schuldners samt seiner Habe und Familie an den Gläubiger. Der *nexus* durfte zu keinen Arbeiten gezwungen und keiner Züchtigung unterworfen werden, konnte sich jedoch gegen eine Vergewaltigung nicht leicht schützen. Vgl. Kap. 36, 12; Gell. 20, 1, 46.

9. *et erat*] 'und es war in der That'. 9, 16, 12 *et fuit vir haud dubie dignus omni bellica laude.*

aedificando] ein Gerundium als Apposition, wie Kap. 20, 8.

itaque] bei Cicero stets zu Anfang des Satzes, bei Livius nicht selten zweites Wort: Kap. 17, 1; 24, 3; 31, 6; 32, 11.

oneratum] erschwert, verschlimmert.

iactatum] wurde zum Scheine eines Grundes (d. h. zum Scheine als Grund) vorgegeben (eigentlich: hingeworfen).

10. *A. Cornelius Cossus*] Ein Mann dieses Namens war 413 v. Chr. Konsul, ein anderer 369 Konsulartribun.

12. 1. *propositam*] scil. *esse,* in Aussicht stehen, bevorstehen.

turum ratus, dilectu habito in agrum Pomptinum, quo a Volscis exercitum inductum audierat, pergit.

Non dubito, praeter satietatem tot iam libris assidua 2
bella cum Volscis gesta legentibus illud quoque succursurum, quod mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit, unde totiens victis Volscis et Aequis suffecerint milites. quod cum ab antiquis tacitum praeter- 3
missum sit, cuius tandem ego rei praeter opinionem, quae sua cuique coniectanti esse potest, auctor sim? simile veri est 4
aut intervallis bellorum, sicut nunc in dilectibus fit Romanis, alia atque alia subole iuniorum ad bella instauranda totiens usos esse; aut non ex iisdem semper populis exercitus scriptos, quamquam eadem semper gens bellum intulerit; aut innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis 5
fuisse locis, quae nunc vix seminario exiguo militum relicto servitia Romana ab solitudine vindicant. ingens 6

ratus] Nach *seu quia . . . erat* erwartet man einen zweiten Nebensatz mit *seu quia*. Der Wechsel der Konstruktion ist veranlafst durch des Livius Vorliebe für Participialkonstruktionen.

2. *non dubito*] Nach den verneinten Ausdrücken des Zweifelns setzen Cicero und Cäsar stets *quin*, Nepos und Livius oft den Acc. c. Inf. (Kap. 14, 1; 20, 5).

satietatem] 'Überdrufs' an den so oft wiederkehrenden und gleichmäfsig verlaufenden Volskerkriegen.

legentibus] 'denen, welche lesen', d. h. 'meinen Lesern, da sie . . . finden'.

illud quoque] Diese Worte, welche fehlen könnten, bezeichnen den Zweifel des Lesers ausdrücklich als die zweite vom Geschichtschreiber zu überwindende Schwierigkeit neben der *satietas*.

auctores] 'Gewährsmänner'. — Die ältesten römischen Geschichtschreiber (Fabius Pictor und Piso) lebten immerhin . ungefähr zwei Jahrhunderte nach diesen Ereignissen. Es ist daher begreiflich, dafs sie nicht imstande waren, den Verlauf der Volskerkriege mit überzeugender Klarheit darzustellen.

3. *tacitum*] passiv, 'als etwas Verschwiegenes', d. h. mit Stillschweigen.

rei] etwa 'Ansicht', abhängig von *auctor*, 'Vertreter'. Sinn: was sollte ich darüber weiter angeben können aufser einer Meinung, wie sie ...?

sua] Objekt zu *coniectanti*, 'aus eigener Vermutung schöpfen'.

4. *alia atque alia*] einen ... nach dem andern.

populis ... gens] Die *gens* ist eine auf gemeinsamer Abstammung beruhende Verbindung, der *populus* dagegen wird durch politische Einrichtungen zusammengehalten. Die einzelnen Bezirke der Aequer, Volsker und Etrusker werden oft als *populi* bezeichnet. Die Benennung *civitates* würde eine Organisation gröfserer Gemeinden, *res publicae* eine geregelte Staatsverwaltung voraussetzen.

5. *quae*] Objekt.

seminario] Da die Sklaven vom Kriegsdienste ausgeschlossen waren, heifsen die freien Leute (*capita*) die Pflanzschule des Kriegsvolkes, wie 42, 61, 5 die Ritter ein *seminarium senatus*. Vgl. Curt. 8, 21, 6 *haec cohors* (näml. *regis*) *velut seminarium ducum praefectorumque apud Macedonas fuit.*

ab solitudine vind.] 'vor Verödung schützen'. — In älterer Zeit waren die Sklaven in Italien nicht zahlreich. In den vielen Kriegen aber, namentlich in den punischen und im Bundesgenossenkrieg, wurden viele Tausende freier Bauern

certe, quod inter omnes auctores conveniat, quamquam nuper Camilli ductu atque auspicio accisae res erant, Volscorum exercitus fuit. ad hoc Latini Hernicique accesserant et Circeiensium quidam et coloni etiam a Velitris Romani.

7 Dictator castris eo die positis, postero cum auspicato prodisset hostiaque caesa pacem deum adorasset, laetus ad milites iam arma ad propositum pugnae signum, sicut edictum erat,
8 luce prima capientes processit. 'Nostra victoria est, milites', inquit, 'si quid di vatesque eorum in futurum vident. itaque, ut decet certae spei plenos et cum imparibus manus conserturos, pilis ante pedes positis gladiis tantum dextras armemus. ne procurri quidem ab acie velim, sed obnixos vos stabili
9 gradu impetum hostium excipere. ubi illi vana iniecerint missilia et effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent

getötet, und andere verarmten; dagegen kamen viele Kriegsgefangene als Sklaven ins Land. Grofse Ländereien gerieten in den Besitz weniger Optimaten, welche sie durch Sklaven bebauen liefsen. Neben diesen Latifundien konnten die freien Bauern nicht mehr zu Wohlstand kommen; sie wandten sich zum Kriegshandwerk oder nach Rom (vgl. Sall. Cat. 37, 7). Auch die Anlegung von Kolonien, besonders durch Sulla, hatte eine geringe Wirkung. Einen kräftigen Bauernstand gab es also zur Zeit des Livius in Italien schon längst nicht mehr.

6. *certe*] Sinn: welche Vermutung auch richtig sei, jedenfalls . . .

conveniat] Konjunktiv, weil der Relativsatz eine Begründung ausdrückt.

nuper] 389 und 386.

Circeiensium] In der Seestadt *Circēi* (Gen. *Circeiorum*; vgl. Kap. 4,5) soll Tarquinius Superbus eine römische Kolonie angelegt, Coriolan aber dieselbe wieder aufgehoben haben (1, 56, 3; 2, 39, 2).

a Velitris] *Velĭtrae* (jetzt *Velletri*) wurde 494 v. Chr. den Volskern abgenommen und dort eine Kolonie angelegt (2, 31, 4 und 34, 6).

7. *eo die*] am Tage seiner Ankunft im Ager Pomptinus, § 1.

auspicato] adverbialer Abl. des Part. von *auspicari,* mit passivem Sinn, 'nach angestellter Vogelschau', d. h. nachdem durch die Befragung der Weissagehühner die Zustimmung der Götter erlangt worden war. Kap. 41, 5.

prodisset] aus dem Feldherrnzelt, mit welchem der durch Wände umschlossene Platz zur Beobachtung der Auspizien in Verbindung stand.

pacem deum] Vgl. Kap. 1, 12.

adorasset] = *exorasset.* Er brachte vor dem Feldherrnzelt ein Opfer dar und erflehte günstige Zeichen, so dafs er *litato* zur Schlacht ausziehen konnte.

pugnae signum] Kap. 7, 5.

8. *in futurum*] hier 'in die Zukunft hinein', sonst 'fürderhin'.

pilis] Das Pilum war eine Wurfwaffe mit einem anderthalb Meter langen Schaft und einem ebenso langen Eisen, von welchem jedoch die Hälfte über den Schaft gezogen war.

obnixos] 'entgegengestemmt', näml. *hostibus.* 8, 38, 11; 34, 46, 10.

9. *vana*] Adjektiv statt Adverb, 'ohne zu treffen, unnütz', weil sie aus zu grofser Entfernung werfen.

missilia] *missĭlis* werfbar. *missile telum* (Kap. 13, 2) oder *missile* als Subst. 'Wurfgeschofs, Wurfspiefs'.

se intulerint] mit Dat. 'sich auf . . . werfen, stürzen'; auch absolut, 'herankommen' (2, 14, 6; 33, 36, 11), oder mit Angabe des Zieles (*in contionem* 5, 43, 8; *quo* 1, 21, 3 und Cic. p. Sull. 53).

micent] 'blitzen, blinken', zuweilen von Schwertern und Geschossen, Kap. 13, 2 von den Augen.

gladii, et veniat in mentem unicuique deos esse, qui Romanum
adiuvent, deos, qui secundis avibus in proelium miserint. tu, 10
T. Quincti, equitem intentus ad primum initium moti certa-
minis tene; at ubi haerere iam aciem collato pede videris, tum
terrorem equestrem occupatis alio pavore infer, invectusque
ordines pugnantium dissipa.' sic eques, sic pedes, ut prae- 11
ceperat, pugnant; nec dux legiones nec fortuna fefellit ducem.

Multitudo hostium, nulli rei praeterquam numero freta et 13
oculis utramque metiens aciem, temere proelium iniit, temere
omisit; clamore tantum missilibusque telis et primo pugnae 2
impetu ferox gladios et collatum pedem et vultum hostis ar-
dore animi micantem ferre non potuit. impulsa frons prima 3
et trepidatio subsidiis inlata; et suum terrorem intulit eques;
rupti inde multis locis ordines motaque omnia et fluctuanti
similis acies erat. dein, postquam cadentibus primis iam ad
se quisque perventuram caedem cernebat, terga vertunt. in- 4
stare Romanus; et donec armati confertique abibant, peditum
labor in persequendo fuit; postquam iactari arma passim
tugaque per agros spargi aciem hostium animadversum est,
fum equitum turmae emissae dato signo, ne in singulorum
morando caede spatium ad evadendum interim multitudini da-
rent: satis esse missilibus ac terrore impediri cursum obequi- 5

avibus] Vorzeichen, Vorbedeutungen.

10. *primum*] pleonastisch zu *initium* hinzugefügt (vgl. 3, 54, 9); auch *moti* (erregt, begonnen) wiederholt den Begriff des Anfangens.

tene] = *retine.*

haerere] stillstehen, festbleiben. 8, 38, 14. 10, 36, 13.

collato pede] Fuſs gegen Fuſs, indem sie Mann gegen Mann kämpfen (Curt. 3, 26, 5 *collato pede, quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio stabant*): Kap. 13, 2; 10, 29, 6; 26, 39, 12; 28, 2, 6. Cic. p. Planc. 48 *num possum magis pedem conferre, ut aiunt, aut propius accedere?*

equestrem] statt des Gen. obiect. *equitum.* 27, 42, 2 *iam primos occupaverat equestris terror.*

occupatis] Vgl. Kap. 3, 8.

pavore] infolge der ungewöhnlichen Art des Kampfes.

11. *fefellit*] Sinn: alles kam so, wie Cornelius es erwartet und den Truppen angekündigt hatte.

13. 1. *freta*] Das Wort findet sich bei Livius sechsmal. Viermal ist es mit dem Dat. verbunden: hier, Kap. 31, 6; 4, 37, 6; 8, 22, 7. An den zwei andern Stellen läſst sich der Kasus nicht bestimmen: Kap. 29, 2; 10, 24, 4.

oculis] nur mit den ...

2. *collatum pedem*] den Kampf Fuſs gegen Fuſs, den Fuſskampf.

vultum hostis] Vgl. 7, 33, 17: *oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant vesanosque vultus et furentia ora.*

ardore animi] Kampfeswut. 22, 5, 8.

3. *frons prima*] die erste Linie, die vorderste Reihe.

suum] statt des Gen. obiect. *sui.*

fluctuanti] 'einer Woge'. Das Schwanken der Schlachtordnung nach Auflösung der Glieder wird mit dem Spiele einer Woge verglichen: Kap. 24, 10; 8, 39, 4; 9, 35, 6.

cernebat] Imperfekt, wie Kap. 10, 4.

4. *instare*] drängte nach, setzte nach, näml. den weichenden Feinden.

peditum] durch die Stellung hervorgehoben gegenüber dem nachfolgenden Eingreifen der Reiterei.

5. *obequitando*] 'durch bloſses Entgegensprengen'. Das Wort fin-

tandoque agmen teneri, dum adsequi pedes et iusta caede con-
6 ficere hostem posset. fugae sequendique non ante noctem finis fuit. capta quoque ac direpta eodem die castra Volscorum, praedaque omnis praeter libera corpora militi concessa est.
7 Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit, nec hominum de plebe, ut credi posset mercede militasse, sed principes quidam iuventutis inventi, manifesta fides publica ope
8 Volscos hostes adiutos. Circeiensium quoque quidam cogniti et coloni a Velitris; Romamque omnes missi percunctantibus primoribus patrum eadem, quae dictatori, defectionem sui quisque populi, haud perplexe indicavere.

14 Dictator exercitum in stativis tenebat, minime dubius bellum cum iis populis patres iussuros, cum maior domi exorta moles coëgit acciri Romam eum gliscente in dies seditione,
2 quam solito magis metuendam auctor faciebat. non enim iam orationes modo M. Manli, sed facta popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent, intuenti erant.

det sich oft bei Livius, gewöhnlich mit einem Dativ, nie vor Livius und später selten.

iusta caede] 'durch ein eigentliches Blutbad', in einem regelrechten Kampfe zu Fufs.

6. *corpora*] 'Personen', auch 5, 22, 1 mit *libera* verbunden. — Kriegsgefangene, welche im Sturm bezwungen worden waren, nicht unter Festsetzung eines Lösegeldes sich ergeben hatten, wurden in der Regel, sofern nicht ein hohes Lösegeld zu erwarten war, in die Sklaverei verkauft, und der Erlös fiel in die Staatskasse.

7. *fuit*] 'bestand aus', zuerst mit *ex* (weil der Genetiv hier unverständlich wäre), dann mit dem Gen. *hominum*.

de plebe] Dafs es nicht geringe Leute, nicht blofse Söldner waren, darf wohl auch daraus geschlossen werden, dafs die beiden Völker dieselben zu befreien versuchten (Kap. 17, 7).

militasse] scil. *eos*.

fides] 'Beweis' (vgl. 21, 13, 3), Apposition zu dem ganzen Satze.

8. *cogniti*] *sunt*, näml. *in recensendis captivis* (Kap. 25, 1).

perplexe] 'versteckt, dunkel'. 30, 20, 2 '*iam non perplexe*' *inquit*, '*sed palam revocant*'.

14. 1. *minime dubius*] mit Acc. c. Inf.; vgl. Kap. 12, 2.

iussuros] mit dem Acc. *bellum* ('beschliefsen'), statt mit Acc. c. Inf. (*bellum geri*). — Die Erzählung ist hier nicht überzeugend, da früher gesagt wurde, wegen der Pläne des Manlius sei man zur Wahl eines Diktators geschritten (Kap. 11, 10).

moles] Sturm, Schwierigkeit.

solito] Abl. compar., 'als gewöhnlich'.

auctor] Während die inneren Aufstände sonst von Volkstribunen erregt wurden, war Manlius *primus ex patribus popularis factus* (Kap. 11, 7).

2. *non iam*] 'bereits nicht mehr'. 2, 23, 7; 3, 50, 9; 7, 18, 9.

enim] Der Satz ist Erläuterung zu den Worten: *gliscente in dies seditione*.

orationes] Ihr Inhalt wird angedeutet Kap. 11, 7 *criminando patres*, näher erörtert in §§ 11—13.

in speciem] 'dem Scheine nach', auch bei Cicero wechselnd mit dem Abl. *specie*. 3, 9, 13; 36, 6, 1.

eadem] aber dabei 'zugleich'.

intuenti] 'wenn man ins Auge fafste, in welchem Sinne sie wohl geschähen'. Der Dat. Part. Präs. zur Bezeichnung der durch ihr Urteil beteiligten Person findet sich

Centurionem, nobilem militaribus factis, iudicatum pecu- 3
niae cum duci vidisset, medio foro cum caterva sua accurrit
et manum iniecit; vociferatusque de superbia patrum ac cru-
delitate faeneratorum et miseriis plebis, virtutibus eius viri
fortunaque, 'tum vero ego' inquit 'nequiquam hac dextra Capi- 4
tolium arcemque servaverim, si civem commilitonemque meum
tamquam Gallis victoribus captum in servitutem ac vincula
duci videam'. inde rem creditori palam populo solvit libraque 5
et aere liberatum emittit, deos atque homines obtestantem,
ut M. Manlio, liberatori suo, parenti plebis Romanae, gratiam
referant. acceptus extemplo in tumultuosam turbam et ipse 6
tumultum augebat, cicatrices acceptas Veienti, Gallico aliisque
deinceps bellis ostentans: se militantem, se restituentem ever- 7
sos penates, multiplici iam sorte exsoluta mergentibus semper

zuerst bei Livius, dann bei Tacitus. (Vgl. 7, 10, 6 *aestimantibus*; 9, 17, 4 *intuenti*; 10, 30, 4 *vero stanti*; 37, 58, 8 *vere aestimanti*).

3. *iudicatum*] Er hatte nicht in der gesetzlichen Frist Bezahlung geleistet, und deshalb hatte ein Konsulartribun den Gläubiger ermächtigt, denselben in Privathaft zu bringen und als *nexus* zu behandeln (vgl. Kap. 11, 8).

pecuniae] 'zur Bezahlung einer Geldsumme, wegen einer Schuld'. Der Gen. bei *iudicare* findet sich nur bei Livius, und zwar noch an zwei Stellen: 23, 14, 3 *qui pecuniae iudicati in vinculis essent*; 26, 3, 8 *quoad vel capitis vel pecuniae iudicasset privato.*

cum caterva sua] mit einer Schar, welche ihn zu begleiten pflegte (Kap. 15, 9).

manum iniecit] scil. *ei* (vgl. 3, 44, 6), um anzudeuten, daſs er die Weiterführung desselben mit Gewalt hindern würde.

faeneratorum] nur rhetorisch von den Patriziern unterschieden; denn diese eben sind die Wucherer (vgl. Kap. 36, 12), dazu allerdings auch einzelne reiche Plebejer.

4. *tum vero*] 'dann in der That', mit Nachdruck vorangestellt, auf den Bedingungssatz mit *si* hinweisend: 7, 34, 14; 8, 30, 11.

tamquam ... captum] = *tamquam si ... captus esset.* 3, 38, 13.

Gallis victoribus] Abl. abs., bedingend, 'indem die G. siegreich wären'.

videam] sehen kann.

5. *palam*] sonst Adverb., nur hier bei Livius als Präposition (= *coram*) mit dem Ablat. verbunden, wie einmal bei Horaz und dreimal bei Ovid.

libra et aere] indem dem Gläubiger die Schuldsumme abgewogen wurde. Gemünztes Gold oder Silber gab es damals in Rom noch nicht. Das gewöhnliche Zahlungsmittel war Kupfer, und die Münzeinheit war der As von einem Pfund Gewicht. Dieses förmliche Abwägen der Zahlung vor Zeugen hatte die Bedeutung unserer Schuldscheine und Quittungen.

emittit] Nachdem der Centurio von seinem bisherigen Schuldverhältnis erlöst ist, verzichtet Manlius darauf, ein vom früheren Gläubiger erworbenes Recht (der *domum ductio*) gegen denselben geltend zu machen, und entläſst ihn.

parenti] 'Wohlthäter'; ähnlich oft *pater*, 'Schützer' vor Gefahren.

6. *deinceps*] In dieser Stellung vertritt das Adverb ein Adjektiv: und in den andern auf einander folgenden Kriegen, und in den andern Kriegen der Reihe nach. 5, 37, 5; 21, 52, 5.

7. *se ... se*] in direkter Rede *ego ... ego,* durch die Wiederholung und Voranstellung gehoben.

eversos] beim gallischen Brande.

penates] 'Wohnhaus' (in religiöser Beziehung), zuweilen bei Dichtern und in Reden. 30, 13, 13; 40, 38, 4.

sorte] 'Kapital'; *usura* 'Zins';

8 sortem usuris obrutum faenore esse; videre lucem, forum,
civium ora M. Manli opera; omnia parentium beneficia ab illo
se habere; illi devovere corporis vitaeque ac sanguinis quod
supersit; quodcumque sibi cum patria, penatibus publicis ac
privatis iuris fuerit, id cum uno homine esse.

9 His vocibus instincta plebes cum iam unius hominis esset,
10 addita alia commodioris ad omnia turbanda consilii res. fundum in Veienti, caput patrimonii, subiecit praeconi, — 'ne
quem vestrum' inquit, 'Quirites, donec quidquam in re mea
supererit, iudicatum addictumve duci patiar'. id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem
libertatis viderentur.

11 Ad hoc domi contionantis in modum sermones pleni criminum in patres. inter quos, omisso discrimine vera an vana
iaceret, thesauros Gallici auri occultari a patribus iecit, nec

obrutus 'überschüttet, versenkt', wie ein Schiffer in den Wogen; *faenus* 'Schuldenlast' (Kap. 15, 5 und 17, 2). — Der Centurio nahm ein Kapital auf gegen einen hohen Zins. Um aber den verfallenen Zins entrichten zu können, mufste er eine neue Schuld kontrahieren, wiederum gegen hohe Prozente. So schwollen die Zinsen an, dafs er die Kapitalschuld nicht nur nicht abtragen konnte, sondern von Jahr zu Jahr vergröfsern mufste. Nachdem der Mann schon so viele Zinsen bezahlt hatte, dafs ihr Betrag mehrmals so grofs war, wie das ursprüngliche Kapital, also dieses eigentlich schon mehrmals abbezahlt war, sah er sich durch die Schuldenlast erdrückt. — Nach den Zwölf Tafeln sollte der jährliche Zins den zwölften Teil des Kapitals (also $8^1/_3$ Prozent) nicht übersteigen (Liv. 7, 16, 1. Tac. Ann. 6, 16); aber die Bankiers hielten sich nicht an das Gesetz und erhielten dennoch bei den Konsuln und Konsulartribunen Recht gegen die Schuldner.

8. *lucem*] Er hatte also gefürchtet, dafs er in ein unterirdisches Arbeitshaus (*ergastulum*; vgl. 2, 23, 6) gebracht werde.

forum] als Mittelpunkt des politischen Lebens, der Kontionen, Tributcomitien und Gerichte.

iuris] Rechtsverband.

9. *instincta*] Andere Formen dieses Verbs sind nicht gebräuchlich; aber das Part. *instinctus* (= *incitatus*) findet sich oft (1, 47, 1; 5, 15, 10).

addita etc.] 'so kam ein anderer Auftritt hinzu nach einem Plane, welcher noch wirksamer war u. s. w.'

10. *caput patrimonii*] 'das Hauptstück seines Erbgutes'. Wahrscheinlich hatte sein Vater erst nach der Einnahme von Veji noch diesen *fundus* erworben und ihm hinterlassen.

subiecit praeconi] liefs zum Verkauf ausrufen, versteigerte.

ne quem etc.] Davor ergänze man etwa: *et rogantibus, cur id faceret.* Der Satz fügt zum vorhergehenden die Absicht hinzu, ist aber durch den Übergang in die direkte Rede in störender Weise von demselben losgetrennt.

quidquam] wie oft in Bedingungssätzen; nicht *aliquid,* weil der Temporalsatz eine Bedingung für jeden einzelnen Fall enthält. 35, 30, 10; 42, 34, 13.

iudicatum addictumve] Vgl. Kap. 11, 8.

11. *in modum*] 'nach Art, wie', mit Gen., wechselnd mit dem Ablativ *modo.*

pleni] scil. *erant.*

inter quos] näml. *sermones,* 'unter andern Reden'. Kap. 20, 8.

discrimine] 'Unterschied', mit abhängiger Doppelfrage.

Gallici auri] Vgl. zu Kap. 4, 2.

iam possidendis publicis agris contentos esse, nisi pecuniam
quoque publicam avertant; ea res si palam fiat, exsolvi plebem
aere alieno posse. quae ubi obiecta spes est, enimvero in- 12
dignum facinus videri: cum conferendum ad redimendam civi-
tatem a Gallis aurum fuerit, tributo collationem factam; idem
aurum ex hostibus captum in paucorum praedam cessisse.
itaque exsequebantur quaerendo, ubi tantae rei furtum occulta- 13
retur; differentique et tempore suo se indicaturum dicenti cete-
ris omissis eo versae erant omnium curae, apparebatque nec
veri indicii gratiam mediam nec falsi offensionem fore.

Ita suspensis rebus dictator accitus ab exercitu in urbem 15
venit. postero die senatu habito cum satis periclitatus volun-
tates hominum discedere senatum ab se vetuisset, stipatus ea
multitudine sella in comitio posita viatorem ad M. Manlium
misit; qui dictatoris iussu vocatus, cum signum suis dedisset 2
adesse certamen, agmine ingenti ad tribunal venit. hinc se- 3

publicis] mit Nachdruck vor das Substantiv gestellt; dagegen nachher liegt der Nachdruck auf dem Substantiv *pecuniam*.

contentos] nur hier mit einem Ablat. Gerundivi verbunden. Zur Sache vgl. Kap. 5, 4.

avertant] stehender Ausdruck vom Unterschlagen, Entwenden öffentlicher Gelder.

palam] wie ein Adjektiv gebraucht: *res palam fit* 'die Sache kommt an den Tag, wird aufgedeckt' (Nep. 23, 7, 7; Liv. 40, 56, 3), oft unpersönlich *palam factum est* (Nep. 10, 10, 2. Liv. 1, 41, 6; 22, 55, 3).

exsolvi ... posse] indem das Geld verteilt oder zur Schuldentilgung verwendet würde.

12. *obiecta*] 'vorgehalten, vorgespiegelt'. 34, 29, 8. Tac. Ann. 4, 60.

enimvēro] 'wahrhaftig, in der That', Versicherung mit dem Ausdruck des Unwillens.

indignum facinus] mit Acc. c. Inf., 'eine empörende Handlungsweise', eine bei Cicero und Livius zuweilen vorkommende Phrase (2, 29, 3; 26, 2, 14; 37, 32, 11).

tributo] Nach der Darstellung des Livius (5, 50, 7) war das Gold teils aus dem Staatsschatz genommen teils von Frauen zugeschossen worden. Vor der Entfernung der Gallier und der Rückkehr des überallhin geflohenen Volkes konnte eine eigentliche Steuer nicht angeordnet werden. Doch findet sich die Annahme, daſs damals eine Steuer ausgeschrieben worden sei, auch bei anderen Autoren (Plin. n. h. 33, 1, 14; Fest. S. 364).

cessisse] 'zur Beute geworden, in eine Beute verwandelt worden sei'. 36, 17, 13 *in praemium vestrum cessura, quae nunc in regiis castris sunt;* 4, 44, 9. Curt. 7, 27, 16 *signoque, ut puberes interficerentur, dato reliqui in praedam cessere victoris;* 3, 6, 18.

13. *exsequebantur*] 'sie suchten zu erforschen'. *exsequor* 'ich forsche nach' (35, 14, 10) wird zuweilen näher bestimmt durch *quaerendo* (9, 16, 4; 35, 28, 4) oder *quaerens* (41, 7, 7) und synonyme Ausdrücke (9, 3, 11 *percunctando*; 22, 3, 2 *inquirendo*; 25, 29, 10 *sciscitando*).

differenti] Dativ statt *ab,* zu verbinden mit *versae erant.* Als Objekt denke man *rem* (ebenso 24, 39, 3), wie bei *indicaturum.*

mediam] = *mediocrem,* auch mit *offensionem* zu verbinden. 5, 37, 3 *ad media bella.*

15. 1. *ita suspensis rebus*] 'in dieser Spannung, Aufregung'.

periclitatus] 'geprüft, erforscht', aus Vorsicht, nicht aus Furcht.

sella] scil. *curuli.* Er lieſs seinen Richterstuhl auf das Tribunal stellen.

viatorem] einen Gerichtsboten.

natus, hinc plebs, suum quisque intuentes ducem, velut in
acie constiterant.
4 Tum dictator silentio facto 'utinam' inquit 'mihi patri-
busque Romanis ita de ceteris rebus cum plebe conveniat,
quemadmodum quod ad te attinet eamque rem, quam de te
5 sum quaesiturus, conventurum satis confido. spem factam a
te civitati video, fide incolumi ex thesauris Gallicis, quos pri-
mores patrum occultent, creditum solvi posse. cui ego rei
tantum abest ut impedimento sim, ut contra te, M. Manli, ad-
horter, liberes faenore plebem Romanam et istos incubantes
6 publicis thesauris ex praeda clandestina evolvas. quod nisi
facis, sive ut et ipse in parte praedae sis, sive quia vanum
indicium est, in vincla te duci iubebo, nec diutius patiar a te
multitudinem fallaci spe concitari'.
7 Ad ea Manlius nec se fefellisse ait, non adversus Volscos,
totiens hostis, quotiens patribus expediat, nec adversus Latinos
Hernicosque, quos falsis criminibus in arma agant, sed ad-
8 versus se ac plebem Romanam dictatorem creatum esse; iam
omisso bello, quod simulatum sit, in se impetum fieri, iam
dictatorem profiteri patrocinium faeneratorum adversus plebem,
iam sibi ex favore multitudinis crimen et perniciem quaeri.
9 'offendit' inquit 'te, A. Corneli, vosque, patres conscripti, cir-
cumfusa turba lateri meo. quin eam diducitis a me singuli

3. *quisque*] für *utrique*, Apposition zu *senatus* und *plebs*.

4. *conveniat*] *mihi cum aliquo convĕnit*, ich bin mit jemand einig, einverstanden.

quod ... rem] = *de te eaque re*. Die Phrase *quod attinet ad* 'was anbetrifft' findet sich bei Livius oft; § 12.

conventurum] näml. *esse mihi patribusque Romanis cum plebe*.

5. *fide incolumi*] 'ohne Nachteil für den Kredit', indem die Gläubiger für ihre Forderungen voll ausbezahlt werden.

creditum] substant. 'die Darlehen, Schulden'; scil. *aes*.

contra] Adverb, 'im Gegenteil'.

adhorter] mit nachfolgendem Finalsatz ohne *ut* (wie Ter. Eun. 583), ebenso § 10 *hortor* (vgl. Caes. b. c. 1, 21, 4).

incubantes] 'welche über ... brüten'. Der Ausdruck ist von den Hennen, welche während des Brütens nur mit Gewalt von ihren Nestern fortgerissen werden können, auf die über einem Schatze wachenden Wucherer übertragen.

6. *in parte*] = *particeps*. Kap. 37, 4.

in vincla te duci iubebo] Dieselbe Formel 3, 56, 4.

7. *ad ea*] *ad* in temporalem Sinn bezeichnet bei Livius oft die Veranlassung. Kap. 34, 6.

nec se] = *se non*; eigentlich 'auch ihm nicht', *ne se quidem*: was die Häupter des Senats und der Diktator wüſsten, sei auch ihm nicht entgangen. 21, 22, 1.

falsis criminibus] durch die falsche Beschuldigung, sie hätten das Bündnis mit Rom gebrochen. Kap. 10, 6.

8. *profiteri patrocinium*] = *profiteri se patronum*, erkläre sich als Beschützer.

sibi ... quaeri] Vgl. 4, 44, 9 *nec tum agrum plebi, sed sibi invidiam quaeri*. Aus der Gunst der Plebs bereiten die Patrizier dem Manlius eine Anklage wegen Hochverrat und die Hinrichtung.

vestris beneficiis, intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo iudicatos addictosque duci, ex eo, quod afluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum? sed quid ego vos, de 10
vestro impendatis, hortor? sortem aliquam ferte; de capite deducite, quod usuris pernumeratum erit; iam nihilo mea turba quam ullius conspectior erit. at enim quid ita solus ego civium 11
curam ago? nihilo magis, quod respondeam, habeo, quam si quaeras, quid ita solus Capitolium arcemque servaverim. et tum universis, quam potui, opem tuli et nunc singulis feram. nam quod ad thesauros Gallicos attinet, rem suapte natura 12
facilem difficilem interrogatio facit. cur enim quaeritis, quod scitis? cur, quod in sinu vestro est, excuti iubetis potius, quam ponatis, nisi aliqua fraus subest? quo magis argui prae- 13
stigias iubetis vestras, eo plus vereor, ne abstuleritis observan-

9. *intercedendo*] durch Vermittlung, Bürgschaft.

nervo] 'Fuſsblock, Spannstock' (Kap. 11, 8). Diesem konnte der bereits Verhaftete entrissen werden durch Bezahlung seiner Schulden.

afluit] seltenes Wort, zu unterscheiden von *adfluere*, 'mit dem, was eurem Reichtum abflieſst', d. h. von dem Überfluſs, Übermaſs eures R.

10. *hortor*] mit Konjunktiv ohne *ut*; vgl. § 5. Sinn: Ich brauche nicht zu fordern, daſs ihr von dem Eurigen für andere aufwendet; leihet (d. h. es leihe jeder von euch) ein Kapital aus, aber ohne Zins (*sine faenore*, wie Manlius selbst Geld lieh; Kap. 20, 6); ziehet also dann die Zinsen, welche bezahlt werden, von der Schuldsumme ab.

quod usuris pernumeratum erit] = *usuras, quae persolutae erunt.* — Der Vorschlag, die Zinsen von der Schuld abzuziehen, wurde später erneuert (Kap. 35, 4; vgl. Kap. 36, 12) und durchgesetzt.

ullius] oft substantivisch statt *cuiusquam* (3, 64, 5; 5, 23, 4; 9, 2, 10; 21, 5, 12). Kap. 37, 9.

conspectior] Komparativ zu *conspicuus.*

11. *at enim*, 'aber freilich', erhebt einen Einwand, den ein Gegner machen könnte, um ihn sogleich zu widerlegen (eine bei Livius häufige Form der Occupatio).

quid ita] = *cur tandem*? Ausdruck der Miſsbilligung (3, 40, 10).

12. *nam*] Was wird begründet? Ein ausgelassener Gedanke: Ebenso selbstverständlich, wie bei der vorhergehenden Frage (*quid ita solus tu civium curam agis?*), ist die Antwort inbezug auf das gallische Gold: die Fragenden wissen ganz wohl, wie sich die Sache verhält.

rem facilem] Die Sache war einfach. Das gallische Gold war öffentliches Gut, und im republikanischen Staate war das Volk berechtigt, über dasselbe Auskunft zu verlangen. Waren die Häupter des Staates ehrlich damit umgegangen und hatten sie auch jetzt redliche Absichten, so brauchten sie diese Rechenschaft nicht zu scheuen und konnten dadurch den Vorwurf des Manlius widerlegen und das Volk beruhigen. Da aber jede Aufklärung verweigert und dem Wortführer des Volkes Gewalt angedroht wird, so scheint die Beschuldigung des Manlius gegen die Staatshäupter begründet, wenn wenigstens Livius den Hergang der Sache richtig erzählt.

in sinu etc.] bildlicher Ausdruck, hergenommen vom Tragen des Geldes in einem Bausche der Toga. Die Senatoren befehlen lieber, es aus ihrem Kleide herauszuschütteln, als daſs sie es selber hinlegen.

potius, quam] bald mit Konjunktiv ohne *ut* (Kap. 36, 12; 4, 2, 9; 7, 30, 17 und 40, 14; 21, 13, 9), bald mit *ut* (Kap. 28, 8; 2, 34, 11; 4, 2, 8 und 12, 11 etc.).

13. *ne abstuleritis* etc.] 'daſs ihr

tibus etiam oculos. itaque non ego, vobis ut indicem praedas vestras, sed vos id cogendi estis, ut in medium proferatis.'

16 Cum mittere ambagės dictator iuberet et aut peragere verum indicium cogeret aut fateri facinus insimulati falso crimine senatus oblataeque vani furti invidiae, negantem arbitrio
2 inimicorum se locuturum in vincla duci iussit. arreptus a viatore 'Iuppiter' inquit 'Optime Maxime Iunoque Regina ac Minerva ceterique di deaeque, qui Capitolium arcemque incolitis, sicine vestrum militem ac praesidem sinitis vexari ab inimicis? haec dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, iam in vinclis et catenis erit?'

3 Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant; sed invicta sibi quaedam patientissima iusti imperii civitas fecerat, nec adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis aut ipsa plebs
4 attollere oculos aut hiscere audebant. coniecto in carcerem

euren Beobachtern sogar die Augen geraubt habt'. Bei den Worten ist an Gaukler (*praestigiatores*) zu denken, welche die Zuschauer trotz ihrer Aufmerksamkeit täuschen.

non ego] scil. *cogendus sum.*

vos id cogendi estis] *id* 'dazu'. Der doppelte Accus. bei *cogere* findet sich zuweilen: 3, 7, 8 *quod sua quemque mala cogebant* (Plaut. Amph. 163; Ter. Ad. 490; Cic. rep. 1, 2, 3 *qui id cogit omnes*). Ein Accus. steht beim Passiv auch 4, 26, 10: *si quidem cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules possent.*

in medium prof.] in die Öffentlichkeit bringen (Cic. Verr. 4, 115; fam. 15, 2, 6), vorweisen.

16. 1. *mittere*] zuweilen = *omittere, deponere,* auch bei Cicero. 34, 59, 1 *quin mittimus ambāges?*

ambages] 'Umschweife, Ausflüchte', ein Fehler des Manlius. Er verdächtigt den ganzen Senat und wiegelt die Plebs gegen denselben auf. Er hätte die einzelnen Männer bezeichnen sollen, welche ihm nicht schuldlos zu sein schienen.

peragere] eine begründete Anzeige vorzubringen; so *sententiam peragere,* 'seine Ansicht vortragen' (3, 40, 5; 7, 35, 2; 22, 60, 6).

oblatae] 'aufgebürdet', näml. ihm, dem Senate. 1, 51, 2 *oblato falsò crimine insontem oppressit.*

vani] 'unwahr, erlogen'; Kap. 15, 6. — Manlius soll das Vergehen eingestehen, gegen den Senat den Hafs eines erlogenen Diebstahls erregt zu haben.

negantem] Der Nachsatz ist übel stilisiert: *cum iuberet . . . iussit.* Dem Livius schwebte im Sinne: *negavit ... et in vincla ductus est.*

arbitrio] 'nach dem Belieben, Gutdünken', besser *ad arbitrium.*

2. *ceterique di deaeque*] So wurden z. B. auch Terminus und Iuventas auf dem Kapitolium verehrt.

sicĭne] zusammengesetzt aus *sic* und der Fragepartikel *ne.* Vgl. *hocine* Kap. 17, 3 und 40, 8.

3. *nullius*] übertreibend statt *multorum.* § 4.

indignitatem] 'die Ungebührlichkeit', mit welcher Manlius behandelt wurde. 1, 34, 5. 3, 38, 11.

ferebant] Sinn: es that allen weh in den Augen und Ohren.

invicta] 'unüberwindlich', von den gesetzlichen Schranken, welche das Volk sich selbst gezogen hatte.

dictatoriam vim] Gegen diese galt weder die Intercession eines Volkstribuns noch die Provocation an das Volk. Daher wagt hier niemand gegen den Diktator einen dreisten Blick oder ein lautes Wort.

hiscere] 'den Mund aufthun, sich äufsern', oft bei Livius (z. B. 9, 4, 7; 10, 19, 7; 45, 26, 7 *nemo adversus praepotentes viros hiscere audebat*).

Manlio satis constat magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse, obversatamque vestibulo carceris maestam turbam.

Dictator de Volscis triumphavit, invidiaeque magis trium- 5
phus quam gloriae fuit; quippe domi, non militiae partum eum actumque de cive, non de hoste fremebant: unum defuisse tantum superbiae, quod non M. Manlius ante currum sit ductus.
iamque haud procul seditione res erat. cuius leniendae causa 6
postulante nullo largitor voluntarius repente senatus factus Satricum coloniam duo milia civium Romanorum deduci iussit;
bina iugera et semisses agri adsignati. quod cum et parvum 7
et paucis datum et mercedem esse prodendi M. Manli inter-
pretarentur, remedio irritatur seditio. et iam magis insignis 8
sordibus et facie reorum turba Manliana erat, amotusque post triumphum abdicatione dictaturae terror et linguam et animos liberaverat hominum.

Audiebantur itaque propalam voces exprobrantium multi- 17

4. *vestem mutasse*] Dies ist stehender Ausdruck vom Anlegen eines Trauergewandes, einer dunkelfarbigen Toga (*t. pulla*, *sordida*) statt der weifsen (*t. pura*): Kap. 20, 2; 2, 61, 5; 4, 42, 7. — Durch diese Trauer bezeugte die Plebs ihren Schmerz über den Verlust ihres *parens* (Kap. 14, 5).

promisisse] 'wachsen lassen'. Damals trugen überhaupt die Römer lange Haare und Bärte (5, 41, 9); doch galt es als Zeichen der Trauer, wenn jemand dieselben länger wachsen liefs als Brauch war.

5. *de Volscis*] denn nur diese waren ausgesprochene *hostes*, nicht auch die Latiner und Herniker.

triumphavit] indem er das Heer heimkommen liefs (vgl. Kap. 14, 1 und 15, 1). — Die Erzählung des Livius ist zweifelhaft; sonst hat zur Zeit der Republik kein Feldherr, welcher nach einem Siege einen Triumph beanspruchte, die Stadt vor dem Triumphe betreten (vgl. z. B. 3, 10, 1 und 63, 6).

invidiaeque] *que* knüpft hier etwas Unerwartetes an, 'aber, doch'. Vgl. Kap. 4, 10; 21, 9.

6 *procul*] bei Dichtern und seit Livius auch in der Prosa gewöhnlich mit dem blofsen Abl. verbunden, seltener mit *ab*.

Satricum] Die Stadt war im Jahre vorher erobert worden und günstig gelegen zum Schutz des Ager Pomptinus (vgl. Kap. 7, 1).

coloniam] 'als Kol.', Apposition zu *duo milia civium R.*

iugera] Das *iugerum* war eine Fläche von 28 Aren. Das geringste Mafs bei Landanweisungen in Kolonien waren zwei *iugera* (Kap. 36, 11; 4, 47, 6; 8, 21, 11).

7. *parvum*] Man hatte also eine umfassendere Landanweisung im Ager Pomptinus (vgl. Kap. 5, 2 und 21, 4) erwartet, ähnlich der Verteilung des Ager Veientanus im J. 393, von welchem der Plebs Mann für Mann sieben Jugera zugeteilt wurden (5, 30, 8).

mercedem] mit Gerundiv, 'Preis, Lohn' für etwas, das erst geschehen soll. 10, 10, 8 *mercedem belli Romanis inferendi.*

interpretarentur] Dieses Verb wird selten (3, 36, 4) im Sinne von *dicere, iudicare* mit dem Acc. c. Inf. verbunden.

8. *sordibus*] Schmutz, schmutzige Kleidung (§ 4), Trauer.

facie reorum] das Aussehen von Angeklagten, indem die *rei* in Trauer erschienen, um Mitleid zu erregen (Kap. 20, 1. 4, 42, 7).

17. 1. *itaque*] zweites Wort (wie Kap. 11, 8), in § 8 drittes.

tudini, quod defensores suos semper in praecipitem locum
2 favore tollat, deinde in ipso discrimine periculi destituat: sic Sp. Cassium in agros plebem vocantem, sic Sp. Maelium ab ore civium famem suis impensis propulsantem oppressos, sic M. Manlium mersam et obrutam faenore partem civitatis in
3 libertatem ac lucem extrahentem proditum inimicis. saginare plebem patronos suos, ut iugulentur. hocine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderit vir consularis? fingerent mentitum ante atque ideo non habuisse, quod tum responderet; cui servo umquam mendacii poenam vincula fuisse?
4 non obversatam esse memoriam noctis illius, quae paene ultima atque aeterna nomini Romano fuerit? non speciem agminis Gallorum per Tarpeiam rupem scandentis? non ipsius M. Manli, qualem eum armatum, plenum sudoris ac sanguinis, ipso
5 paene Iove erepto ex hostium manibus vidissent? selibrisne farris gratiam servatori patriae relatam? et quem prope cae-

in praecipitem locum] 'auf eine abschüssige, steile Höhe'.

in discrimine periculi] 'in der Bedrängnis, Stunde der Gefahr'. Vgl. 8, 24, 12 *in tanto discrimine periculi*. Die beiden Wörter (*discrimen* und *periculum*) werden oft durch *et, ac, que* verbunden.

2. *Sp. Cassium*] Er brachte 486 v. Chr. in seinem dritten Konsulat das erste Ackergesetz in Vorschlag und wurde dafür nach Ablauf seiner Amtszeit als Hochverräter verurteilt und hingerichtet (2, 41).

Sp. Maelium] Der reiche plebejische Ritter Spurius Mälius schaffte bei einer Hungersnot im J. 439 v. Chr. Getreide herbei und verteilte es unter die Armen, wurde aber deshalb des Strebens nach der Königswürde beschuldigt. Der Senat ernannte den achtzigjährigen Cincinnatus zum Diktator. Dieser beschied durch seinen Reiteroberst C. Servilius Ahāla den Mälius vor sein Tribunal. Da er sich aber weigerte zu kommen und den Schutz des Volkes anrief, stach ihn Ahala ohne Urteilsspruch nieder, und Cincinnatus billigte dies (4, 13—14).

libertatem ac lucem] Vgl. 7, 30, 23 *lucem ac libertatem*. Die Erklärung dieser Ausdrücke ergiebt sich aus Kap. 14, 8.

3. *sagīnare*] 'mästen'. 36, 17, 7; *38, 17, 17.*

hocine] Vgl. Kap. 16, 2 *sicine*. Mit *hoc* wird der folgende Bedingungssatz angedeutet. Sinn: ob es zu dulden gewesen sei, dafs ein Konsular dem Diktator nicht pünktlich antworte. Antwort: ja; denn das Verfahren des Diktators wäre zu streng gewesen gegen einen Sklaven, also sei es gegenüber Manlius ganz unwürdig.

si läfst die Sache ungewifs; *quod* würde sie bestimmt zugeben.

4. *quae ... fuerit*] in welcher die Gallier den kapitolinischen Hügel erstiegen, aber von Manlius hinuntergeworfen wurden.

per] 'über ... hinauf'. 5, 46, 9 *Cominius per praeruptum saxum in Capitolium evadit.*

per Tarpeiam rupem] Die Gallier waren hinaufgestiegen im Süden des Kapitols, an der westlichen Seite des *Saxum Tarpeium*, beim Tempel der Carmentis, wo man 388 v. Chr. eine Stützmauer errichtete (Kap. 4, 12).

sudoris ac sanguinis] eine allitterierende Verbindung, welche zuweilen vorkommt (2, 48, 2; 7, 38, 6).

5. *selibris*] 5, 47, 8 *cui universi selibras farris et quartarios vini ad aedes eius, quae in arce erant, contulerunt: rem dictu parvam; ceterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis.*

lestem, cognomine certe Capitolini Iovi parem fecerint, eum pati vinctum in carcere, in tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? adeo in uno omnibus satis auxilii fuisse, nullam opem in tam multis uni esse?

Iam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur re- 6
fracturosque carcerem minabantur, cum repente, id quod erepturi erant, ex senatus consulto Manlius vinclis liberatur. quo facto non seditio finita, sed dux seditioni datus est.

Per eosdem dies Latinis et Hernicis, simul colonis Cir- 7
ceiensibus et a Velitris, purgantibus se Volsci crimine belli captivosque repetentibus, ut suis legibus in eos animadverterent, tristia responsa reddita, tristiora colonis, quod cives Romani patriae oppugnandae nefanda consilia inissent. non 8
negatum itaque tantum de captivis, sed, in quo ab sociis tamen temperaverant, denuntiatum senatus verbis, facesserent propere ex urbe ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis ius, externo, non civi comparatum, tegeret.

cognomine] Livius meint irrtümlich, M. Manlius habe den Beinamen Capitolinus von der Rettung des Kapitols erhalten (vgl. 5,31,2). Es gab jedoch schon früher *Sestii Capitolini* (3, 32, 5), *Quinctii Capitolini* und ebenso *Manlii Capitolini* (4,42,2), wahrscheinlich so genannt von ihrer Wohnung auf dem kapitolinischen Hügel (vgl. Kap. 20, 13).

eum] = *eumne*. Zu *pati* ist ein Subjekt zu ergänzen, etwa *illos*. Die Frage soll nicht beantwortet werden, es ist also eine rhetorische Frage und steht daher im Acc. c. Inf.

omnibus] Wenn Manlius auch nicht allen wirklich geholfen hatte, so hatten doch alle nötigenfalls eine Zuflucht zu ihm gehabt.

6. *refracturos*] Mit dem Subjekt *se* wird beim Part. Fut. meist auch die Kopula *esse* weggelassen.

id quod erepturi erant] 'was sie erzwingen, ertrotzen wollten', parenthetische Erklärung zu dem nachfolgenden Satz *ex ... liberatur*. Vgl. § 8.

ex senatus consulto] Offenbar wollten die Konsulartribunen die Verantwortung für die Folgen der Freilassung des Manlius nicht übernehmen und überliefsen deshalb die Entscheidung in dieser Sache dem Senat.

7. *crimine*] Vgl. Kap. 13, 7—8.

suis legibus] Wir wissen nicht, in welchen rechtlichen Beziehungen die Bürger der Kolonieen Circei und Velitrae zu Rom standen, welches Schicksal ihren Gefangenen daselbst bevorstand und wie es durch Aburteilung in der Heimat gemildert werden konnte.

patriae oppugnandae] Der Ausdruck zeigt, dafs der Bericht der Römer über diese Dinge viele böswillige Entstellungen enthält. Es hatte niemand daran gedacht, gegen Rom zu ziehen, sondern es war blofs ein Einfall in den Ager Pomptinus gemacht worden (Kap. 12, 1).

8. *non negatum* etc.] Sinn: *itaque colonis non solum id negatum est, quod de captivis petierant.*

ab sociis] *temperare* 'schonen' wird mit dem Dat. oder mit *ab* verbunden.

tamen] 'doch', wenn ihnen auch ihre Bitte abgeschlagen worden war.

temperaverant] Das Subjekt ist zu entnehmen aus *negatum*, d. h. *patres negaverunt.*

verbis] 'im Namen'; oft *meis verbis, tuis v.* etc.

ore atque oculis] eine häufige alliterierende Verbindung, ebenso 44, 38, 9; mit *que* 7, 26, 5 *os oculosque*; zuweilen *ora et oculos* (5, 42, 4; 22, 5, 4 und 14, 8).

18 Recrudescente Manliana seditione sub exitum anni comitia
habita, creatique tribuni militum consulari potestate Ser. Cor-
nelius Maluginensis iterum, P. Valerius Potitus iterum, M. Furius
Camillus quintum, Ser. Sulpicius Rufus iterum, C. Papirius
Crassus, T. Quinctius Cincinnatus iterum.
2 Cuius principio anni et patribus et plebi peropportune
externa pax data, — plebi, quod non avocata dilectu spem
cepit, dum tam potentem haberet ducem, faenoris expugnandi,
patribus, ne quo externo terrore avocarentur animi ab sanan-
3 dis domesticis malis. igitur cum pars utraque acrior aliquanto
coorta esset, iam propinquum certamen aderat. et Manlius
advocata domum plebe cum principibus novandarum rerum
interdiu noctuque consilia agitat, plenior aliquanto animorum
4 irarumque, quam antea fuerat. iram accenderat ignominia re-
cens in animo ad contumeliam inexperto; spiritus dabat, quod
nec ausus esset idem in se dictator, quod in Sp. Maelio Cin-

externo] ungewöhnlich im Sing. substantiviert mit kollektivem Sinn, = *externis.*

non civi] Die Kolonisten und Abgeordneten von Circei und Velitrae besafsen offenbar nicht das volle römische Bürgerrecht; sonst hätte ihnen der Aufenthalt in Rom nicht so kurzweg untersagt werden können.

Kap. 18—20. Das Jahr 370 der Stadt (384 v. Chr.). M. Manlius beabsichtigt, an der Spitze der unzufriedenen Plebs den Patriziern die Herrschaft zu entreifsen, wird deshalb des Hochverrates angeklagt, vom Volke verurteilt und getötet.

18. 1. *recrudescente*] von Wunden 'wieder aufbrechen', daher übertragen 'sich wieder regen'; übereinstimmend mit Kap. 17, 6 *dux seditioni datus est.*

Ser. Cornelius ... P. Valerius] Vgl. Kap. 6, 3.

Camillus] Vgl. Kap. 1, 4.

Ser. Sulpicius ... T. Quinctius] Vgl. Kap. 4, 7. *C. Papirius* wird nur hier genannt.

2. *et patribus et plebi*] Die beiden Stände heifsen regelmäfsig *patres* und *plebs*, einzelne Persönlichkeiten *patricii* und *plebēi.*

data] indem der bestehende Friedenszustand von keinem Volke gestört wurde.

avocata dilectu] Die Wegführung des Heeres und Zurückhaltung desselben im Felde diente dem Senate zuweilen als Mittel, die Annahme mifsliebiger Gesetze zu verhindern.

faenoris expugnandi] die Schuldenlast zu bezwingen, d. h. sich von derselben zu befreien.

ne] An die Worte 'der Friede kam den Patriziern gelegen' kann streng genommen kein Absichtssatz angeschlossen werden. Es schwebte also dem Livius hier der Gedanke vor: die Patrizier wünschten den Frieden zu erhalten, damit etc.

3. *acrior, plenior aliquanto*] Der Ablat. mensurae steht bei Livius oft hinter dem Komparativ.

cum principibus] scil. *plebis,* mit den an der Spitze der Bewegung stehenden Plebejern, wahrscheinlich zunächst mit den Volkstribunen des vorhergehenden Jahres (nach Kap. 11, 7).


consilia] mit Gen. Gerundivi, wie Kap. 2, 1.

plenior animorum irarumque] 'unternehmender und aufgebrachter', im Folgenden in umgekehrter (chiastischer) Ordnung erklärt. Vgl. den Chiasmus in § 2.

4. *inexperto*] *ad,* 'unbekannt mit, nicht gewöhnt an'.

spiritus] im Plur., 'Selbstvertrauen, Übermut'. 4, 54, 8; 7, 40, 8.

Cincinnatus Quinctius] Livius stellt (wie Sallust und Tacitus) beim



cinnatus Quinctius fecisset, et vinculorum suorum invidiam
non dictator modo abdicando dictaturam fugisset, sed ne sena-
tus quidem sustinere potuisset.
His simul inflatus exacerbatusque iam per se accensos 5
incitabat plebis animos: 'Quo usque tandem ignorabitis vires
vestras, quas natura ne beluas quidem ignorare voluit? nume-
rate saltem, quot ipsi sitis, quot adversarios habeatis. si sin- 6
guli singulos adgressuri essetis, tamen acrius crederem vos
pro libertate quam illos pro dominatione certaturos. quot
enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc adversus
unum hostem eritis. ostendite modo bellum; pacem habebitis. 7
videant vos paratos ad vim; ius ipsi remittent. audendum est
aliquid universis, aut omnia singulis patienda. quo usque me
circumspectabitis? ego quidem nulli vestrum deero; ne for- 8
tuna mea desit, videte. ipse vindex vester, ubi visum inimicis
est, nullus repente fui; et vidistis in vincula duci universi eum,
qui a singulis vobis vincula depuleram. quid sperem, si plus 9
in me audeant inimici? an exitum Cassi Maelique exspectem?
bene facitis, quod abominamini: 'di prohibebunt haec'; sed
numquam propter me de caelo descendent. vobis dent men-
tem oportet, ut prohibeatis, sicut mihi dederunt armato toga-
toque, ut vos a barbaris hostibus, a superbis defenderem civibus.

Fehlen des Pränomens das Cognomen nicht selten vor das Nomen gentile.

fecisset] Der Satz scheint anzudeuten, daſs Cincinnatus die Tötung des Spurius Mälius (vgl. Kap. 17, 2) befohlen habe. Dies ist aber nicht richtig, sondern er beschied denselben bloſs vor sein Tribunal und billigte nachträglich seine Tötung, weil er dem Diktator den Gehorsam verweigert habe. Es sollte also eher heiſsen: *quod in Sp. Maelio Ahala Servilius fecisset.*

5. *inflatus exacerbatusque*] Ersteres weist zurück auf *spiritus,* letzteres auf *iram* (Chiasmus).

quo usque tandem] 'bis wohin denn, wie lange eigentlich noch' (Cic. Cat. 1, 1; Sall. Cat. 20, 9). *tandem* steht oft in Fragen der Verwunderung.

6. *quot enim*] *enim* begründet einen im Vorhergehenden enthaltenen Gedanken: Euere groſse Zahl muſs euch den Sieg verschaffen.

clientes] Die Klienten der Patrizier erscheinen bei Livius als ein zahlreicher Teil der Plebs, welcher sich oft aus Pietät gegen die Patrone von den Interessen der übrigen Plebejer trennte (z. B. 2, 35, 4; 3, 14, 4).

7. *ostendite*] Imperativ statt Bedingungssatz, mit nachfolgendem Futurum ohne *et* zur Bezeichnung der Folge: 3, 68, 7; 5, 51, 5.

ius] 'ihr (vermeintliches) Recht, ihre Ansprüche' werden sie selber aufgeben.

aut] = *ne* . . . *sint.* Zuweilen fügt *aut* ein Zweites an, welches durch das Erstere vermieden werden soll. 21, 43, 5 *hic vincendum aut moriendum est.*

8. *nullus fui*] ich existierte nicht mehr, war nichts. 24, 44, 8; 32, 35, 2. Vgl. Soph. Ant. 1325 *τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα.*

9. *abominamini*] daſs ihr euren Abscheu ausdrücket, voll Abscheu ausruft.

prohibeatis] scil. *haec.* Sinn: eure Verwünschung genügt nicht, sondern ihr müſst selber zur That schreiten.

armato] bei der Rettung des Kapitols.

10 tam parvus animus tanti populi est, ut semper vobis auxilium
adversus inimicos satis sit nec ullum, nisi quatenus imperari
vobis sinatis, certamen adversus patres noritis? nec hoc natura
11 insitum vobis est, sed usu possidemini. cur enim adversus
externos tantum animorum geritis, ut imperare illis aequum
censeatis? quia consuestis cum eis pro imperio certare, ad-
12 versus hos temptare magis quam tueri libertatem. tamen,
qualescumque duces habuistis, qualescumque ipsi fuistis, omnia
adhuc, quantacumque petistis, obtinuistis seu vi seu fortuna
13 vestra. tempus est iam maiora conari. experimini modo et
vestram felicitatem et me, ut spero, feliciter expertum; minore
negotio qui imperet patribus imponetis, quam qui resisterent
14 imperantibus imposuistis. solo aequandae sunt dictaturae con-
sulatusque, ut caput attollere Romana plebes possit. proinde
adeste; prohibete ius de pecuniis dici. ego me patronum
profiteor plebis, quod mihi cura mea et fides nomen induit;
15 vos si quo insigni magis imperii honorisve nomine vestrum

10. *tam* etc.] eine Frage ohne Fragepartikel zum Ausdruck der Verwunderung.

tanti] wie in §§ 5—6 aus einander gesetzt wurde.

auxilium] namentlich der Beistand der Volkstribunen, welche die Konsuln und Konsulartribunen verhindern konnten, das ihnen zukommende Mafs der Herrschergewalt zu überschreiten.

satis sit] 'genügt', statt dafs ihr an der Herrschaft teilzunehmen verlanget.

usu possidemini] infolge der Gewöhnung lafst ihr euch besitzen (beherrschen). 1, 46, 1 *Servius iam usu haud dubie regnum possederat.*

11. *pro imperio*] für die Herrschaft, welche die Römer schon besitzen. Dagegen die Feinde kämpfen *de imperio.*

libertatem] Die Plebejer versuchen mehr nur, ihre Freiheit gegen die Herrschsucht der Patrizier geltend zu machen, als dafs sie dieselbe behaupten.

12. *omnia adhuc*] allerdings nur in der Hauptsache, indem mehrere Rogationen der Tribunen nur mit bedeutenden Änderungen durchgesetzt wurden, wie z. B. der Plebs der Zutritt zum Konsulat nicht gewährt, sondern das Konsulartribunat eingeführt wurde.

tempus est] 'es ist Zeit', mit Inf. (29, 15, 1) oder Acc. c. Inf. (21, 43, 9; 25, 32, 3).

13. *expertum*] passiv, 'bewährt', im Krieg und Frieden, nach § 9.

imponetis] Das Wort steht zuweilen ohne Angabe des Gegenstandes, über welchen Jemand gesetzt wird, in der Bedeutung 'einsetzen'. 42, 41, 14.

qui resisterent] näml. die Volkstribunen.

14. *dictaturae consulatusque*] die zwei Bollwerke der Patrizier, mittels welcher sie die Plebs darniederhalten. Diese will Manlius gänzlich beseitigen. In Wirklichkeit erhielt die Plebs bald nachher den Zutritt zu diesen Ämtern.

adeste] 'stellet euch ein', an den Gerichtstagen auf dem Forum, um die Verurteilung der Schuldner zu hindern.

cura mea et fides] 'meine Fürsorge und meine Treue' gegenüber der Plebs. Vgl. Kap. 14, 10.

induit] mit welchem Namen mich ... 'bekleidet hat'.

15. *insigni magis*] Vgl. Kap. 16, 8 *magis insignis.* Der Komparativ *insignior* ist selten (10, 15, 5); zuweilen tritt dafür *insignitior* ein (4, 4, 6; 7, 6, 6 u. 15, 10; 8, 13, 1).

appellabitis ducem, eo utemini potentiore ad obtinenda ea,
quae vultis.'

Inde de regno agendi ortum initium dicitur; sed nec cum 16
quibus nec quem ad finem consilia pervenerint, satis planum
traditur.

At in parte altera senatus de secessione in domum pri- 19
vatam plebis, forte etiam in arce positam, et imminenti mole
libertati agitat. magna pars vociferatur Servilio Ahala opus 2
esse, qui non in vincla duci iubendo irritet publicum hostem,
sed unius iactura civis finiat intestinum bellum. decurritur ad 3
leniorem verbis sententiam, vim tamen eandem habentem, ut
videant magistratus, ne quid ex perniciosis consiliis M. Manli
res publica detrimenti capiat.

Tum tribuni consulari potestate tribunique plebi, — nam 4
ei, quia eundem et suae potestatis, quem libertatis omnium,
finem cernebant, patrum auctoritati se dediderant —, hi tum
omnes, quid opus facto sit, consultant. cum praeter vim et 5
caedem nihil cuiquam occurreret, eam autem ingentis dimicatio-
nis fore appareret, tum M. Menenius et Q. Publilius tribuni plebis:

potentiore] Manlius glaubt, ein besonderer Herrscher- oder Ehrentitel würde seine Macht erhöhen. Den Römern lag es damals nahe, an die Bezeichnung *rex* zu denken.

16. *ortum initium*] = *factum initium* (oder *agi coeptum*), ein bei Cicero und Livius häufiger Pleonasmus, da der Begriff des Anfangens sowohl in *initium* als in *ortum* liegt. Vgl. Kap. 12, 10.

dicitur] Livius hat in seinen Quellen (wie er auch Kap. 20, 4 bemerkt) keinen Beweis dafür gefunden, dafs Manlius wirklich mit hochverräterischen Plänen umgegangen sei. Doch hatte derselbe einen so starken Verdacht erregt, dafs auch viele Plebejer sich für die Meinung gewinnen liefsen, die republikanische Verfassung könne nur durch Beseitigung desselben gerettet werden.

cum quibus] Dazu ist aus dem nachfolgenden *consilia pervenerint* zu denken: *consilia habita sint* (ein Zeugma).

19. 1. *in parte altera*] Zurückweisung auf Kap. 18, 3 *pars utraque.*

in arce] von wo aus leicht das Kapitol besetzt und so eine feste Position für die Aufrührer gewonnen werden konnte.

libertati] Der Dativ ist regiert von *imminenti.*

2. *Ahāla*] Er ist der Mörder des Spurius Maelius (Kap. 17, 2).

3. *decurritur*] 'man nimmt seine Zuflucht'. 5, 23, 10; 22, 31, 10; 26, 18, 4; Tac. Ann. 3, 59. Vgl. Kap. 38, 3.

vim] 'Bedeutung, Nachdruck'. 3, 40, 7.

capiat] Derselbe Beschlufs findet sich schon 464 v. Chr. (3, 4, 9 *ut Postumio, alteri consulum, negotium daretur, videret, ne quid res publica detrimenti caperet*).

4. *plebi*] Vgl. Kap. 11, 8.

nam] Die Parenthese erklärt den unerwarteten Widerstand der Beamten und Führer der Plebs (vgl. Kap. 11, 7 u. 18, 3) gegen Manlius.

et] = *etiam, quoque.* Es legt auf *suae potestatis* ein besonderes Gewicht.

finem] wenn die Republik in eine Monarchie umgewandelt würde.

auctoritati] dem Beschlusse *videant magistratus* etc.

5. *fore*] zu einem heftigen Kampfe führen werde, denselben zur Folge haben werde.

tum] Nach einem Vordersatz mit *cum, ubi, postquam* wird der Hauptsatz oft emphatisch mit *tum* ein-

6 'Quid patrum et plebis certamen facimus, quod civitatis esse adversus unum pestiferum civem debet? quid cum plebe adgredimur eum, quem per ipsam plebem tutius adgredi est,
7 ut suis ipse oneratus viribus ruat? diem dicere ei nobis in animo est. nihil minus populare quam regnum est. simul multitudo illa non secum certari viderint et ex advocatis iudices facti erunt et accusatores de plebe, patricium reum intuebuntur et regni crimen in medio, nulli magis quam libertati favebunt suae'.

20 Approbantibus cunctis diem Manlio dicunt. quod ubi est factum, primo commota plebs est, utique postquam sordidatum
2 reum viderunt, nec cum eo non modo patrum quemquam, sed ne cognatos quidem aut affines, postremo ne fratres quidem,

geleitet (z. B. 21, 11, 8 u. 25, 12). Hier vertritt dasſelbe die Stelle des fehlenden Verbums; vgl. 23, 12, 8.

M. Menenius] Auch 410 v. Chr. war ein M. Menenius (wahrscheinlich der Vater des hier genannten; vgl. 4, 53, 2) u. 357 ein L. Menenius (vgl. 7, 16, 1) Volkstribun. Neben der patrizischen Gens Menenia bestand somit eine plebejische Nebenlinie.

6. *quid* etc.] Sinn: *cur certamen, quod civitatis esse . . . debet, certamen patrum adversus plebem facimus?*

cum plebe . . . eum] = *plebem . . . cum eo.*

suis ipse] richtiger als *suis ipsius*, da *ipse* in der Regel auf ein Subjekt oder Objekt bezogen wird. Kap. 36, 4.

7. *diem dicere*] term. techn. 'vorladen'. — Die Volkstribunen hatten ursprünglich das Recht, jeden Patrizier, welcher den im Jahre 493 v. Chr. bei der Secession auf den heil. Berg zwischen den Patriziern und Plebejern geschlossenen Vertrag und die auf denselben gegründeten Rechte der Plebs zu verletzen schien, vor den Tributkomitien (auf dem Forum) anzuklagen und verurteilen zu lassen. Nach den Zwölf Tafeln konnte eine Verurteilung durch das Volk wegen eines Kapitalverbrechens nur noch in den Centuriatkomitien (auf dem Marsfeld) stattfinden, nachdem die Ankündigung der Anklage und drei Verhandlungen in Kontionen vorausgegangen waren.

ex advocatis] 'aus Beiständen', sonst Bezeichnung der Freunde und Anhänger, welche einem Angeklagten vor Gericht beistehen. 3, 47, 1.

accusatores] Dies ist Accusativ, ebenso *crimen.*

in medio] 'vor sich', in der Mitte zwischen den Parteien und den Richtern als Gegenstand der Entscheidung. 26, 32, 3; 40, 11, 5.

nulli] = *nemini,* wie Caes. b. G. 7, 20, 5.

20. 1. *cunctis*] scil. *tribunis consulari potestate et tribunis plebi* (Kap. 19, 4).

primo] 'anfangs', Gegensatz zum Abstimmungstag, wo die Plebs die Anklage als begründet erkannte (§ 5).

commota] 'aufgeregt, von Unwillen ergriffen'. Daran wird lose in § 3 eine Oratio obliqua geknüpft.

sordidatum] 'in Trauerkleidung' (3, 47, 1; 4, 42, 7), nämlich mit der Toga sordida bekleidet (vgl. Kap. 16, 4), wie der mit der Toga candida bekleidete Amtsbewerber *candidatus* hieſs.

2. *nec . . . quemquam*] = *et . . . neminem.*

fratres] Neben den *cognati* müssen wirkliche Brüder gemeint sein, nicht *fratres patruēles* (Vettern; vgl. Kap. 1, 8); dieselben werden sonst nie erwähnt.

Aulum et Titum Manlios, quod ad eum diem numquam usu venisset, ut in tanto discrimine non et proximi vestem mutarent: Ap. Claudio in vincula ducto C. Claudium inimicum Claudiam- 3
que omnem gentem sordidatam fuisse. consensu opprimi popularem virum, quod primus a patribus ad plebem defecisset.

Cum dies venit, quae praeter coetus multitudinis seditiosas- 4
que voces et largitionem et fallax indicium pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus obiecta sint reo, apud neminem auctorem invenio; nec dubito haud parva fuisse, cum 5
damnandi mora plebi non in causa, sed in loco fuerit. illud notandum videtur, ut sciant homines, quae et quanta decora foeda cupiditas regni non ingrata solum, sed invisa etiam reddiderit: homines prope quadringentos produxisse dicitur, quibus 6
sine faenore expensas pecunias tulisset, quorum bona venire, quos duci addictos prohibuisset; ad haec decora quoque belli 7
non commemorasse tantum, sed protulisse etiam conspicienda, spolia hostium caesorum ad triginta, dona imperatorum ad

quod] mit Konj. bringt einen Grund zu *commota* und zwar als Gedanke der Plebs.

non et] = *non . . . quoque.*

3. *Ap. Claudio*] Es ist der tyrannische Dezemvir. Da er als Angeklagter im Gefängnis war (449 v. Chr.). gab sich sein über ihn erbitterter Oheim C. Claudius grofse Mühe, die drohende Schmach von seinem Geschlechte abzuwehren (3, 58, 1).

consensu] ohne Gen., 'durch eine Verabredung, ein Komplott' (3, 36, 6; 38, 10).

4. *coetus*] Versammlungen der Plebs im Hause des Manlius.

fallax indicium] wegen des *aurum Gallicum.*

proprie] 'eigentlich, streng genommen'.

5. *nec*] 'aber nicht'.

fuisse] scil. *ea,* Acc. c. Inf. nach *nec dubito*, wie Kap. 12, 2.

in loco] in § 10 erklärt. Die Centuriatkomitien wurden stets aufserhalb der Stadt gehalten, meistens auf dem Marsfelde, von wo aus das Kapitol sichtbar war. *illud* kündigt den folgenden Fragesatz an: *quae . . . reddiderit* (vgl. Praef. 9); zu *sciant* ist *id* zu ergänzen.

ingrata] unverdienstlich, des Dankes unwert.

6. *quibus* etc.] 'welchen er Geldsummen ohne Zinsen vorgeschossen hatte'. Die Redensart *expensum fero* 'ich bezahle baar aus' findet sich auch dreimal bei Cicero und scheint ursprünglich bedeutet zu haben: 'ich trage eine Summe als an Jemand ausgegeben ins Hausbuch ein' (Ascon. zu Verr. 1, 102: *expensum ferre et scribere te pecuniam dedisse*).

bona venire] Manlius verhinderte, dafs Schuldner genötigt waren, ihre Güter zu verkaufen, um die Gläubiger zu befriedigen und der Addiktion (vgl. zu Kap. 11, 8) zu entgehen. Dafs letztere erst nach der gerichtlichen Versteigerung der Habe erfolgt sei, wenn der Erlös die Schulden nicht deckte, darf aus den Worten des Livius nicht gefolgert werden.

addictos] = *cum addicti essent.*

prohibuisset] in Sinn und Konstruktion übereinstimmend mit *passus non esset.*

7. *ad haec*] selten (2, 45, 4), = *praeterea,* läfst an das Einzelne denken, während *ad hoc* (vgl. Kap. 11, 6) die verschiedenen Momente zusammenfafst, um etwas Neues anzuknüpfen.

quadraginta, in quibus insignes duas murales coronas, civicas
8 octo; ad hoc servatos ex hostibus cives produxisse, interque
eos C. Servilium, magistrum equitum, absentem nominavisse; et
cum ea quoque, quae bello gesta essent, pro fastigio rerum
oratione etiam magnifica, facta dictis aequando, memorasset,
9 nudasse pectus insigne cicatricibus bello acceptis, et identidem
Capitolium spectans Iovem deosque alios devocasse ad auxilium
fortunarum suarum precatusque esse, ut, quam mentem sibi
Capitolinam arcem protegenti ad salutem populi Romani dedissent,
eam populo Romano in suo discrimine darent: et
orasse singulos universosque, ut Capitolium atque arcem intuentes,
ut ad deos immortales versi de se iudicarent.
10 In campo Martio cum centuriatim populus citaretur et
reus ad Capitolium manus tendens ab hominibus ad deos

in quibus] selten ohne Verbum, = *in his.*

coronas] Die *corona muralis* bestand aus Metall, stellte eine Mauerzinne vor und wurde vom Feldherrn demjenigen verliehen, welcher zuerst die Mauer einer belagerten Stadt erstiegen hatte und in den Platz eingedrungen war (Gell. 5, 6, 16). Die *corona civica* bestand aus Eichenlaub und wurde demjenigen, welcher einem Mitbürger im Kampfe das Leben gerettet hatte, vom Feldherrn oder von dem Geretteten verliehen (Gell. 5, 6, 11 fg.; Plin. 16, 11).

octo] Vgl. Plin. n. h. 7, 103: (*Manlius Capitolinus*) *ante septendecim annos bina ceperat spolia. primus omnium eques coronam muralem acceperat, sex civicas, triginta septem dona*; *viginti tres cicatrices adverso corpore exceperat; P.* (Irrtum statt *C.*) *Servilium magistrum equitum servaverat, ipse vulneratus umerum, femur.*

8. *C. Servilium*] Ein C. Servilius war 418 v. Chr. Reiteroberst (4, 46, 11), ein anderer 408 (4, 57, 6) und 389 (Kap. 2, 6).

magistrum eq.] Sinn: welcher, während er Reiteroberst war (wohl 408), von Manlius gerettet worden war. Vgl. Plin. n. h. 16, 14: (*coronas civicas accepit*) *sex Capitolinus, is quidem et de duce Servilio.*

absentem] Er hatte sich also geweigert, persönlich zu erscheinen.

gesta] 'vollbracht, geleistet', 392 während seines Konsulates in einem Kriege mit den Aequern (5, 31, 4) und dann bei der Rettung des Kapitols.

pro fastigio rerum] entsprechend der Höhe, Gröfse der Begebenheiten.

facta dictis aequando] Apposition und Erklärung zu *oratione magnifica,* also Bezeichnung einer glänzenden, der Gröfse der Thaten entsprechenden Darstellung, 'indem er in den Ausdrücken den Thaten gleichkam'.

9. *spectans*] Die Fortführung des Nomin. c. Inf. ohne Wiederholung des Hauptverbs *dicitur* (§ 6) entspricht dem klassischen Sprachgebrauch nicht, da sonst der Nom. c. Inf. durch den Acc. c. Inf. fortgesetzt wird (vgl. z. B. 4, 37, 1 u. 60, 1).

fortunarum suarum] in seiner Lage, gegen sein Unglück.

10. *citaretur*] 'zur Abstimmung berufen wurde', nachdem das Vorhergehende in einer Kontio verhandelt worden war. Während das Volk sich nach Centurien ordnete, um zur Abstimmung zu schreiten, gewannen die Volkstribunen die Überzeugung, dafs Manlius jetzt freigesprochen würde, und der den Vorsitz führende Konsulartribun hob unter irgend einem Vorwande die Versammlung auf.

preces avertisset, apparuit tribunis, nisi oculos quoque homi-
num liberassent tanti memoria decoris, numquam fore in prae-
occupatis beneficio animis vero crimini locum. ita prodicta 11
die in Petelinum lucum extra portam Flumentanam, unde
conspectus in Capitolium non esset, concilium populi indictum
est. ibi crimen valuit, et obstinatis animis triste iudicium
invisumque etiam iudicibus factum. sunt qui per duumviros, 12
qui de perduellione anquirerent, creatos auctores sint damna-
tum. tribuni de saxo Tarpeio deiecerunt; locusque idem in
uno homine et eximiae gloriae monumentum et poenae ultimae
fuit. adiectae mortuo notae sunt: publica una, quod, cum 13
domus eius fuisset, ubi nunc aedes atque officina Monetae est,

quoque] aufser den Anklagen (§ 4), welche sie gegen Manlius vorbrachten.

locum] 'Raum für die wahre Beschuldigung'. — Wegen der späteren Verurteilung des Manlius zweifelt Livius nicht an seiner Schuld.

11. *prodicta die*] 'wurde ein weiterer Gerichtstag anberaumt' (2, 61, 7; 3, 57, 6; 38, 51, 5).

Petelinum lucum] Derselbe wird auch 7, 41, 3 und bei Plutarch erwähnt. Die *porta Flumentana* lag am Tiber zwischen dem Aventin u. Kapitolin. Die Aussicht auf das Kapitol war den Versammelten wahrscheinlich durch einen höher gelegenen Teil des Haines verdeckt.

concilium populi] Da in § 10 schon angegeben wurde, dafs die Abstimmung nach Centurien stattfinden sollte, so war hier eine Unterscheidung zwischen Centuriat-, Tribut- und Curiatkomitien nicht nötig, und Livius kann nur an Centuriatkomitien gedacht haben, zumal die Tribut- und die Curiatkomitien nicht berechtigt waren, ein Todesurteil zu fällen (vgl. zu Kap. 19, 7).

obstinatis animis] 'festen Sinnes' gegenüber den Worten und Bitten des Angeklagten.

iudicibus] den Richtern, d. h. dem richtenden Volke.

12. *sunt* etc.] Man konstruiere: *sunt, qui auctores sint eum damnatum esse per* etc. — *auctor sum* mit Acc. c. Inf. 'ich berichte, überliefere'.

duumviros] Durch solche aufserordentlicher Weise gewählte Zweiherren wurde unter Tullus Hostilius der Schwestermörder P. Horatius (vgl. 1, 26, 5 fg.) u. 63 v. Chr. der Senator C. Rabirius wegen Tötung des Aufrührers Saturninus (Cic. pro Rab. § 12) verurteilt, aber vom Volke befreit. Aufser in den drei Fällen des Horatius, Manlius und Rabirius wird dieses Gerichtsverfahren nicht erwähnt.

de perduellione] 'wegen Hochverrat'. Als *perduellio* (vgl. 1, 26, 5; 2, 41, 11; 26, 3, 9; 43, 16, 11) bezeichnete man die Auflehnung gegen die bestehende Verfassung durch Streben nach der Alleinherrschaft, Anmafsung von Befugnissen der Behörden, Mifsbrauch der Amtsgewalt.

anquirerent] 'eine Untersuchung, Anklage führen' (vor dem Volke): 2, 52, 5 (*capitis*); 8, 33, 17 u. 26, 3, 6 (*capite*).

tribuni] Wie § 10, scheinen die Volkstribunen gemeint zu sein. Da sie die Verurteilung erwirkt hatten, wurde ihnen die Vollziehung der Strafe überlassen.

deiecerunt] Vgl. Gell. 17, 21, 24 *convictus est consilium de regno occupando inisse, damnatusque capitis e saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, praeceps datus est*; *ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est.*

13. *nŏtae*] 'Beschimpfungen'.

aedes] 344 v. Chr. wurde der *Juno* Monēta, der Göttin der Er-

latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio
14 habitaret; gentilicia altera, quod gentis Manliae decreto cautum est, ne quis deinde M. Manlius vocaretur. hunc exitum habuit vir, nisi in libera civitate natus esset, memorabilis.

15 Populum brevi, postquam periculum ab eo nullum erat, per se ipsas recordantem virtutes desiderium eius tenuit. pestilentia etiam brevi consecuta nullis occurrentibus tantae cladis causis ex Manliano supplicio magnae parti videri orta:
16 violatum Capitolium esse sanguine servatoris, nec dis cordi fuisse poenam eius oblatam prope oculis suis, a quo sua templa erepta manibus hostium essent.

21 Pestilentiam inopia frugum et vulgatam utriusque mali famam anno insequente multiplex bellum excepit, L. Valerio quartum, A. Manlio tertium, Ser. Sulpicio tertium, L. Lucretio *tertium*, L. Aemilio tertium, M. Trebonio tribunis militum
2 consulari potestate. hostes novi praeter Volscos, velut sorte quadam prope in aeternum exercendo Romano militi datos, Circeiosque et Velitras colonias iam diu molientes defectionem et suspectum Latium Lanuvini etiam, quae fidelissima urbs
3 fuerat, subito exorti. id patres rati contemptu accidere, quod Veliternis civibus suis tam diu impunita defectio esset, decreverunt, ut primo quoque tempore ad populum ferretur de bello
4 eis indicendo. ad quam militiam quo paratior plebes esset, quinqueviros Pomptino agro dividendo et triumviros Nepete

innerung, auf der Burg ein Tempel eingeweiht (7, 28, 4—6; Ov. Fast. 6, 183) und später mit demselben die Münzstätte verbunden. Jetzt ist daselbst das Kloster Santa Maria in Ara Celi.

latum] 'der Antrag gestellt'; daſs er angenommen wurde, wird als selbstverständlich nicht besonders bemerkt.

14. *nisi*] Livius scheint anzunehmen, Manlius würde unter einem Könige oder Kaiser nicht auf Umsturzpläne verfallen sein, weil er sich beim Volke nicht leicht einen Anhang hätte bilden können.

16. *Capitolium*] an welchem das *Saxum Tarpeium* war.

cordi] Vgl. Kap. 9, 3.

templa] Plur.; vgl. Kap. 16, 2.

Kap. 21. Das Jahr 371 der Stadt: Pest und Getreidemangel in Rom; Vorbereitungen zum Kriege gegen Veliträ; Landanweisungen im Ager Pomptinus u. Anlegung einer Kolonie zu Nepete; Abfall von Präneste.

1. *excepit*] 'auf . . . folgte'. — Über L. Valerius, A. Manlius und L. Aemilius vgl. Kap. 1, 8, über Ser. Sulpicius und L. Lucretius Kap. 4, 7; M. Trebonius wird nur hier genannt.

2. *sorte*] Schicksal, Verhängnis.

suspectum Latium] Vgl. Kap. 10, 6; 13, 7; 17, 7.

4. *Nepĕte*] Accus. abhängig von *deducendae*. — Die Stadt hatte sich 386 im Bündnisse mit Rom schwankend gezeigt und war mit Waffengewalt den Etruskern abgenommen worden (vgl. Kap. 10); nun galt sie nicht mehr als eine verbündete Stadt und muſste einen Teil ihres Landes an Kolonisten abtreten.

coloniae deducendae creaverunt. tum, ut bellum iuberent, 5
latum ad populum est, et nequiquam dissuadentibus tribunis
plebis omnes tribus bellum iusserunt.

Apparatum eo anno bellum est, exercitus propter pesti- 6
lentiam non eductus. eaque cunctatio colonis spatium dederat
deprecandi senatum; et magna hominum pars eo, ut legatio
supplex Romam mitteretur, inclinabat, ni privato, ut fit, peri- 7
culo publicum implicitum esset auctoresque defectionis ab
Romanis metu, ne soli crimini subiecti piacula irae Roma-
norum dederentur, avertissent colonias a consiliis pacis. neque 8
in senatu solum per eos legatio impedita est, sed magna pars
plebis incitata, ut praedatum in agrum Romanum exirent.
haec nova iniuria exturbavit omnem spem pacis.

De Praenestinorum quoque defectione eo anno primum 9
fama exorta; arguentibusque eos Tusculanis et Gabinis et
Labicanis, quorum in fines incursatum erat, ita placide ab
senatu responsum est, ut minus credi de criminibus, quia nollent
ea vera esse, appareret.

Insequenti anno Sp. et L. Papirii novi tribuni militum 22
consulari potestate Velitras legiones duxere, quattuor collegis

creaverunt] Als Subjekt ist aus dem vorhergehenden Satz *patres* zu ergänzen. Sinn: nach einem Senatsbeschlusse liefsen die Konsulartribunen die beiden Kommissionen durch das Volk wählen.

5. *iuberent*] Das Subjekt ist aus dem folgenden *populum* zu entnehmen, eine seltene Constructio ad intellectum.

tribus] Sonst sind es die Centuriatkomitien, welche einen Krieg beschliefsen (vgl. 4, 30, 15), während Livius hier offenbar an Tributkomitien denkt.

6. *apparatum*] Neben dem üblicheren *bellum parare* findet sich zuweilen bei Cicero, Nepos, Livius (7, 7, 4) auch *bellum apparare*.

colonis] = *Veliternis*.

eo inclinabat] 'neigte sich dazu hin'.

7. *ni*] kurz statt: *et missa esset, ni*. Eigentlich enthält der Hauptsatz (*inclinabat*) eine unbedingte Thatsache, und es sollte statt des Bedingungssatzes ein Hauptsatz mit *sed* folgen. Livius liebt aber diese Anwendung des *ni* (vgl. z. B. 3, 1, 4; 19, 8; 43, 7. 4, 52, 5. 5, 26, 10).

metu] Ablat. causae statt *metuentes* (ebenso 3, 5, 5 u. 35, 2).

8. *in senatu*] im Gemeinderat zu Veliträ (vgl. 8, 14, 5).

praedatum] Dieser Raubzug nach erfolgter Kriegserklärung müfste die Römer allerdings erbittert haben. Sie behandelten aber im Gegenteil die Veliterner mit ungewohnter Milde (Kap. 22, 3). Demnach kann dieser Streifzug nur unbedeutend gewesen sein, zumal ein grofser Teil der Veliterner (nach § 7) den Krieg abzuwenden wünschte.

exturbavit] 'warf um, machte zunichte', ein starker Ausdruck, oft bei Cicero, bei Livius wohl nur hier.

9. *Praenestinorum*] Die Stadt Präneste (j. Palestrina) schlofs sich 500 v. Chr. an die Römer an (2, 19, 2 *Praeneste ab Latinis ad Romanos descivit*). Seither hatte sie sich eine grofse Macht in dem Lande zwischen den Aequer- und Albanerbergen erworben (Kap. 29, 6).

-que] 'allein'; vgl. Kap. 16, 5.

ita placide] 'so milde, schonend ... dafs'.

Kap. 22—26. Die Jahre 372 u. 373 der Stadt: Kriege gegen

(Ser. Cornelio Maluginensi tertium, Q. Servilio, C. Sulpicio,
L. Aemilio quartum tribunis) ad praesidium urbis et si qui
ex Etruria novi motus nuntiarentur — omnia enim inde suspecta
2 erant — relictis. ad Velitras adversus maiora paene auxilia
Praenestinorum quam ipsam colonorum multitudinem secundo
proelio pugnatum est ita, ut propinquitas urbis hosti et causa
3 maturioris fugae et unum ex fuga receptaculum esset. oppidi
oppugnatione tribuni abstinuere, quia et anceps erat nec in
perniciem coloniae pugnandum censebant. litterae Romam ad
senatum cum victoriae nuntiis acriores in Praenestinum quam
4 in Veliternum hostem missae. itaque ex senatus consulto
populique iussu bellum Praenestinis indictum; qui coniuncti
Volscis anno insequente Satricum, coloniam populi Romani,
pertinaciter a colonis defensam, vi expugnarunt foedeque in
captis exercuere victoriam.

5 Eam rem aegre passi Romani M. Furium Camillum sex-
tum tribunum militum creavere. additi collegae A. et L.
Postumii Regillenses ac L. Furius cum L. Lucretio et M. Fabio
6 Ambusto. Volscum bellum M. Furio extra ordinem decretum.
adiutor ex tribunis sorte L. Furius datur, non tam e re publica

Veliträ, Präneste, die Volsker, Tusculum.

22. 1. *Ser. Cornelio*] Vgl. Kap. 6, 3.

Q. Servilio] auch 378 u. 369 Konsulartribun, mit dem Beinamen *Fidenas,* Q. f. (vgl. Kap. 4, 7), Q. n. (Kap. 6, 13).

C. Sulpicio] *Camerino*, Censor 380 (Kap. 27, 4).

L. Aemilio] Vgl. Kap. 1, 8.

2. *ipsam multitudinem*] Man erwartet entweder *paene magis adversus auxilia Praenestinorum quam adversus ipsam colonorum multitudinem* oder *adversus auxilia Praenestinorum maiora paene quam ipsa colonorum multitudo erat.* Die Vermengung der beiden Ausdrucksweisen ist ein stilistischer Fehler.

3. *quia et . . . nec*] = *et quia . . . et quia non.*

anceps] Ein Sturm auf den Platz war mifslich, gefährlich, weil die Verteidiger zahlreich waren und vielleicht die Angreifer zurückzuschlagen vermocht hätten.

4. *anno insequente*] vom natürlichen Jahre zu verstehen, nicht vom römischen Amtsjahre. Letzteres begann seit zehn Jahren (363 a. u. c.; vgl. 5, 32, 1) mit dem 1. Juli. Man denke sich also, dafs das römische Heer bei Beginn des Winters entlassen wurde, dann die Kriegserklärung an Präneste erfolgte und im Frühling, ehe neue Konsulartribunen gewählt waren, Satricum erstürmt wurde.

coloniam] Vgl. Kap. 16, 6.

5. *M. Furium*] Vgl. Kap. 1, 4.

A. Postumius] Konsulartribun 397 v. Chr. (5, 16, 1), Censor 366.

L. Postumius] Vgl. Kap. 1, 8.

L. Furius] auch 370 Konsulartribun (Kap. 36, 3).

L. Lucretio] Vgl. Kap. 4, 7.

M. Fabio] auch 369 Konsulartribun (Kap. 36, 6), 363 Censor.

6. *decretum*] nämlich vom Senat, im Gegensatz zum Los und zur Übereinkunft des Tribunenkollegiums, daher *extra ordinem* (vgl. Kap. 30, 3).

adiutor] Man ergänze den Dativ *ei.* Das Wort entspricht der geringen Bedeutung des L. Furius neben Camillus. Vgl. Kap. 6, 16 *socius imperii lectus.*

e re publica] ‘zum Besten des Staates’, mehrmals bei Cicero und Livius, namentlich *e re publica*

quam ut collegae materia ad omnem laudem esset, et publice, quod rem temeritate eius prolapsam restituit, et privatim, quod ex errore gratiam potius eius sibi quam suam gloriam petiit.
exactae iam aetatis Camillus erat comitiisque iurare parato in 7
verba excusandae valetudini solita consensus populi restiterat; sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris sensibus, et civilis iam res haud magnopere obeuntem bella excitabant.

Quattuor legionibus quaternum milium scriptis, exercitu 8
indicto ad portam Esquilinam in posteram diem, ad Satricum profectus. ibi eum expugnatores coloniae haudquaquam perculsi, fidentes militum numero, quo aliquantum praestabant,
opperiebantur. postquam appropinquare Romanos senserunt, 9
extemplo in aciem procedunt, nihil dilaturi, quin periculum summae rerum facerent: ita paucitati hostium nihil artes imperatoris unici, quibus solis confiderent, profuturas esse.

Idem ardor et in Romano exercitu erat et in altero duce, 23
nec praesentis dimicationis fortunam ulla res praeterquam unius viri consilium atque imperium morabatur, qui occasionem

ducere, censere (23, 24, 1; 26, 16, 4. Kap. 23, 10).

materia] Vgl. Kap. 7, 3.

omnem laudem] jede Art des Lobes, erklärt durch *et publice . . . et privatim.*

rem] = *pugnam,* wie oft in der Phrase *rem gerere.*

prolapsam] gesunken, schwankend, verdorben. 2, 63, 5 *virtus militum rem prolapsam neglegentia consulis restituit.*

restituit] Man beachte den Wechsel des Subjekts.

7. *exactae aetatis*] 'hochbetagt', Bezeichnung eines hohen Alters (4, 41, 12; 5, 18, 1; 30, 26, 7), hier übertreibend. Üblicher ist der Ablativ *exacta aetate* (Ter. Ad. 870; Cic.; Liv. 2, 40, 11; 4, 13, 12 etc.).

in verba] 'nach der Formel'. — Es scheint also öfters vorgekommen zu sein, dafs die Angabe, man könne aus Körperschwäche gegen den Wunsch des Volkes ein Amt nicht übernehmen, eidlich bekräftigt wurde.

excusandae] Das Verbum *excusare* wird zuweilen in der Bedeutung 'als Entschuldigungsgrund geltend machen' mit dem Acc. verbunden: 23, 8, 7 *valetudinem excusans;* 26, 22, 5 *oculorum valetudinem excusavit;* 22, 40, 6 *Atilium aetatem excusantem Romam miserunt.*

restiterat] Sinn: er hatte nur dem einstimmigen Wunsche des Volkes nachgegeben.

haud magnopere] Vgl. Kap. 5, 5.

8. *indicto*] *exercitum indicere,* 'das Heer aufbieten' (41, 14, 2), es 'bescheiden', mit Angabe des Versammlungsortes: 40, 21, 1 u. 41, 7; 43, 1 7.

ad portam Esquilinam] nicht besonders passend, da man von hier durch die Stadt ziehen mufste, um auf der Via Ardeatina nach Satricum zu marschieren (vgl. 3, 27, 4).

9. *periculum summae rerum facere*] eine Entscheidung über die Gesamtheit der Dinge, einen Entscheidungskampf (10, 14, 9 *discrimen summae rerum*) herbeiführen.

ita] 'dann, in diesem Falle', wenn der Kampf sofort beginne.

paucitati] Waren auch die Volsker dem römischen Heere an Zahl überlegen, so müssen doch vier Legionen für jene Zeit als eine gewaltige Streitmacht angesehen werden.

23. 1. *fortunam*] 'das Wagstück' eines sofortigen Kampfes.

2 iuvandarum ratione virium trahendo bello quaerebat. eo magis
hostis instare, nec iam pro castris tantum suis explicare aciem,
sed procedere in medium campi, et vallo prope hostium signa
3 inferendo superbam fiduciam virium ostentare. id aegre patiebatur Romanus miles, multo aegrius alter ex tribunis militum,
L. Furius, cum aetate et ingenio ferox tum multitudinis ex
4 incertissimo sumentis animos spe inflatus. hic per se iam
milites incitatos insuper instigabat elevando, qua una poterat,
aetate auctoritatem collegae, iuvenibus bella data dictitans et
5 cum corporibus vigere et deflorescere animos: cunctatorem ex
acerrimo bellatore factum et, qui adveniens castra urbesque
primo impetu capere sit solitus, eum residem intra vallum
tempus terere, quid accessurum suis decessurumve hostium
6 viribus sperantem? quam occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum? frigere ac torpere senis consilia.
7 sed Camillo cum vitae satis tum gloriae esse; quid attinere
cum mortali corpore uno civitatis, quam immortalem esse
deceat, pati consenescere vires?

8 His sermonibus tota in se averterat castra, et cum omnibus locis posceretur pugna, 'sustinere' inquit, 'M. Furi, non
possumus impetum militum, et hostis, cuius animos cunctando
auximus, iam minime toleranda superbia insultat. cede unus
omnibus et patere te vinci consilio, ut maturius bello vincas'.

9 Ad ea Camillus, quae bella suo unius auspicio gesta ad
eam diem essent, negare in eis neque se neque populum Romanum aut consilii sui aut fortunae paenituisse: nunc scire se

ratione] Berechnung, Überlegung, planmäfsige Leitung.

2. *signa inferendo*] Vgl. Kap. 8, 1.

3. *ex incertissimo*] = *ex rebus incertissimis*. Livius substantiviert das Neutr. Sing. der Adjektiva sehr oft im Positiv, zuweilen auch im Superlativ: 1, 9, 3; 2, 1, 3.

4. *per se*] durch die Stellung hervorgehoben; üblicher wäre: *milites iam per se incitatos.*

elevando] 'schwächen, verkleinern'; auch 3, 21, 4 u. 37, 57, 13 mit dem Objekt *auctoritatem.*

aetate] 'vonseiten des Alters', nicht *senectute,* indem der Sprecher nicht nur auf das Greisenalter des Camillus, sondern auch auf seine eigene Jugendkraft hinweist.

5. *residem*] = *desidem.* 23, 16, 11; 25, 6, 21.

tempus terere] allitterierende Verbindung, häufig bei Livius. Kap. 34, 6.

quid ... sperantem] ein fragender Participialsatz zum Ausdruck des Unwillens: 21, 30, 6; 24, 26, 7.

6. *tempus*] Zeitumstand.

frigere etc.] Sinn: der Greis sei kalt und lahm im Fassen von Entschlüssen, ohne Feuer u. Raschheit.

7. *quid attinere*] 'welchen Zweck habe es, wozu sei es nötig'. Kap. 38, 11. 2, 41, 6. 10, 13, 10. 37, 15, 2. 45, 19, 12.

8. *unus*] zugesetzt, um den Gegensatz zu heben.

9. *negare neque ... neque*] Ebenso 1, 36, 3 für *dicere neque ... neque.* Zu der nachfolgenden Oratio obliqua ist *dicere* als regierendes Verb zu denken (vgl. Kap. 27, 6).

paenituisse] 'sei unzufrieden gewesen mit'; 'bereuen' würde nur zu *se consilii sui* passen.

collegam habere iure imperioque parem, vigore aetatis prae-
stantem. itaque se, quod ad exercitum attineat, regere con- 10
suesse, non regi; collegae imperium se non posse impedire;
dis bene iuvantibus ageret, quod e re publica duceret. aetati 11
suae se veniam eam petere, ne in prima acie esset; quae senis
munia in bello sint, iis se non defuturum. id a dis immor-
talibus precari, ne qui casus suum consilium laudabile efficiat.

Nec ab hominibus salutaris sententia nec a dis tam piae 12
preces auditae sunt. primam aciem auctor pugnae instruit,
subsidia Camillus firmat, validamque stationem pro castris
opponit; ipse edito loco spectator intentus in eventum alieni
consilii constitit.

Simul primo concursu concrepuere arma, hostis dolo, non 24
metu, pedem rettulit. lenis ab tergo clivus erat inter aciem 2
et castra; et, quod multitudo suppeditabat, aliquot validas
cohortes in castris armatas instructasque reliquerant, quae
inter commissum iam certamen, ubi vallo appropinquasset
hostis, erumperent. Romanus cedentem hostem effuse se- 3
quendo in locum iniquum pertractus opportunus huic eruptioni
fuit. versus itaque in victorem terror et novo hoste et supina
valle Romanam inclinavit aciem.

Instant Volsci recentes, qui e castris impetum fecerant; 4
integrant et illi pugnam, qui simulata cesserant fuga. iam
non recipiebat se Romanus miles, sed immemor recentis ferociae
veterisque decoris terga passim dabat atque effuso cursu castra
repetebat, cum Camillus, subiectus ab circumstantibus in equum 5

10. *itaque*] bringt eine Folgerung aus dem vorhergehenden Gegensatz (von *negare* an) in einem neuen Gegensatz: a) Folge seiner glücklichen Kriegführung, dagegen b) Folge aus der amtlichen Stellung seines Kollegen.

11. *ne*] Der Finalsatz mit *ne* ist Erklärung zu *eam*.

suum consilium] § 1 *iuvandarum ratione virium.*

12. *auditae sunt*] 'fanden Gehör' oder aktiver Satz mit 'hören auf'.

firmat] 'bildet fest' oder 'giebt Halt' durch eine treffliche Ordnung, Aufstellung (vgl. 2, 31, 2; 21, 34, 7).

in eventum] abhängig von *intentus.*

24. 1. *rettulit*] Man beachte die Ausdrücke *pedem refero* oder *gradum refero* für *cedo* (vgl. § 3 *cedentem*), *pedem profero* oder *gradum profero* für *progredior.*

2. *ab tergo*] näml. *hostium.*

suppeditabat] 'in Fülle vorhanden war'. — Das Wort ist bei Livius stets intransitiv, bei Cicero oft transitiv (= in Fülle darreichen).

reliquerant] Das Subjekt ist zu entnehmen aus dem kollektiven *hostis* § 1.

hostis] hier *exercitus Romanus.*

3. *opportunus*] bloſsgestellt, ausgesetzt.

inclinavit] 'brachte zum Weichen', von einem geordneten Rückzuge zu verstehen.

4. *integrant*] unklassisch statt *redintegrant.* Das Wort findet sich bei Livius zuweilen (mit dem Objekt *pugnam* auch 3, 70, 6 u. 7, 7, 8), häufiger jedoch *redintegrare.*

veteris decoris] 'des alten Ruhmes' wegen der Siege in den früheren Volskerkriegen.

5. *subiectus*] in der dichterischen Bedeutung 'hinaufgeworfen, hinauf-

et raptim subsidiis oppositis, 'Haec est' inquit, 'milites, pugna, quam poposcistis? quis homo, quis deus est, quem accusare
6 possitis? vestra illa temeritas, vestra ignavia haec est. secuti alium ducem sequimini nunc Camillum, et, quod ductu meo soletis, vincite. quid vallum et castra spectatis? neminem
7 vestrum illa nisi victorem receptura sunt'. pudor primo tenuit effusos; inde ut circumagi signa obvertique aciem viderunt in hostem et dux, praeterquam quod tot insignis triumphis, etiam aetate venerabilis, inter prima signa, ubi plurimus labor periculumque erat, se offerebat, increpare singuli se quisque et alios, et adhortatio in vicem totam alacri clamore pervasit aciem.

8 Neque alter tribunus rei defuit, sed missus a collega restituente peditum aciem ad equites, non castigando, ad quam rem leviorem auctorem eum culpae societas fecerat, sed ab imperio totus ad preces versus orare singulos universosque,
9 ut se reum fortunae eius diei crimine eximerent: 'Abnuente ac prohibente collega temeritati me omnium potius socium quam unius prudentiae dedi. Camillus in utraque vestra fortuna suam gloriam videt; ego, ni restituitur pugna, quod miserrimum est, fortunam cum omnibus, infamiam solus sentiam'.

10 Optimum visum est in fluctuante acie tradi equos et

gehoben'. Verg. Aen. 12, 288 *corpora saltu Subiciunt in equos.* Liv. 31, 37, 10 *saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit pavidumque regem in equum subiecit.*

oppositis] näml. den herannahenden Volskern.

temeritas] = § 4 *recens ferocia.*

6. *Camillum*] mit rhetorischem Affekt statt *me*, da eben der Name Camillus für die Römer und die Feinde bedeutungsvoll ist.

neminem etc.] weil die siegenden Feinde die fliehenden Römer auch ins Lager verfolgen und sie aus demselben verjagen werden.

7. *circumagi signa*] 'dafs die Feldzeichen (und die dazu gehörigen Truppenabteilungen) umgewendet wurden'. 10, 36, 9.

obverti] Vgl. Kap. 7, 3.

praeterquam quod] selten ohne Verbum finitum (29, 18, 13), wie oft *praeterquam.*

in vicem] = *inter ipsos*, Attribut zu *adhortatio*, 'gegenseitige Ermunterung'. 3, 71, 2; 9, 3, 4; 41, 3, 3.

8. *non castigando*] ohne zu tadeln, ohne sich auf Zurechtweisungen einzulassen, wie Camillus § 5. Wegen des Gegensatzes *sed* ... *versus* erwartet man eher: *non castigans.*

ad quam rem] Im Deutschen wird dieser Relativsatz besser durch einen Satz mit 'denn' oder 'da' wiedergegeben.

auctorem eum] = *auctoritatem eius.*

reum] welcher verantwortlich sei für, schuld sei an.

9. *abnuente ac prohibente*] Phrase mit 'Weigerung und Widerspruch'.

in utraque fortuna vestra] näml. der *fortuna secunda* u. der *fortuna adversa,* also: möget ihr dieses oder jenes Schicksal haben, oder: auch in euerem Mifsgeschick.

10. *visum est*] dem L. Furius; dieser kann wohl Subjekt sein bei *invadere;* dagegen wäre *tradere equos* unpassend.

fluctuante acie] Vgl. Kap. 13, 3.

tradi] 'abzugeben', nämlich den

pedestri pugna invadere hostem. eunt insignes armis animisque, qua premi parte maxime peditum copias vident. nihil neque apud duces neque apud milites remittitur a summo certamine animi. sensit ergo eventus virtutis enixae opem, et 11
Volsci, qua modo simulato metu cesserant, ea in veram fugam effusi. magna pars et in ipso certamine et post in fuga caesi, ceteri in castris, quae capta eodem impetu sunt; plures tamen capti quam occisi.

Ubi in recensendis captivis cum Tusculani aliquot noscita- 25
rentur, secreti ab aliis ad tribunos adducuntur percunctantibusque fassi publico consilio se militasse. cuius tam vicini 2
belli metu Camillus motus extemplo se Romam captivos ducturum ait, ne patres ignari sint Tusculanos ab societate descisse; castris exercituique interim, si videatur, praesit collega. docu- 3
mento unus dies fuerat, ne sua consilia melioribus praeferret. nec tamen aut ipsi aut in exercitu cuiquam satis placato animo Camillus laturus culpam eius videbatur, qua data in tam praecipitem casum res publica esset; et cum in exercitu tum Romae 4
constans omnium fama erat, cum varia fortuna in Volscis gesta res esset, adversae pugnae fugaeque in L. Furio culpam, secundae decus omne penes M. Furium esse. introductis in 5
senatum captivis cum bello persequendos Tusculanos patres

in der Nähe befindlichen Reitknechten.

certamine animi] 'Wetteifer' (37, 10, 2), wofür sich auch *certamen animorum* findet (2, 59, 1; 32, 20, 3; 40, 17, 3).

11. *eventus*] personifiziert, 'der Ausgang erkannte' statt 'an dem Ausgang erkannte man'.

enixae] 'angestrengt, eifrig' (42, 3, 1), in dieser Bedeutung nicht vor Livius.

quā . . . eā] in derselben Richtung . . . in welcher.

eodem impetu] näml. durch welchen die Volsker in die Flucht geworfen worden waren.

tamen] Beschränkung zu *ceteri in castris caesi.* — Die Schlacht bleibt ohne Folgen. Satricum (Kap. 22, 4) wird nicht zurückerobert, Präneste nicht gedemütigt (vgl. Kap. 28, 1), und Camillus feiert keinen Triumph. Demnach war dieser Sieg unbedeutend.

25. 1. *ubi*] = *ibi autem*, im Lager der Feinde.

ad tribunos] den beiden Feldherrn, M. Furius und L. Furius.

percunctantibus] scil. *iis*. Neben dem Particip fallen die Formen von *is* in der Regel weg.

2. *si videatur*] 'wenn es ihm gefällig sei', nicht streng zu nehmende Höflichkeitsformel: 2, 56, 12; 26, 16, 4; 34, 46, 5.

3. *documento*] 'zur Lehre, zum warnenden Beispiel'. 7, 6, 11 *deletum cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde turbato gentium iure comitia haberentur.*

tamen] obgleich L. Furius sich jetzt von der Vortrefflichkeit der Maſsregeln des Camillus überzeugt hatte.

praecipitem casum] jähen Fall, d. h. gefährliche Lage, Abgrund der Gefahr.

4. *fugaeque*] erklärendes *que*, ('nämlich' der Flucht). Nach der Zwischenstellung von *fugaeque* erwartet man, daſs bei *secundae* das Substant. *pugnae* wiederholt würde.

5. *patres*] Der Senat beschliefst hier allein den Krieg (vgl. Kap. 14,

censuissent Camilloque id bellum mandassent, adiutorem sibi
ad eam rem unum petit; permissoque, ut ex collegis optaret
6 quem vellet, contra spem omnium L. Furium optavit. qua
moderatione animi cum collegae levavit infamiam, tum sibi
gloriam ingentem peperit. nec fuit cum Tusculanis bellum;
pace constanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non
poterant.
7 Intrantibus fines Romanis non demigratum ex propinquis
itineri locis, non cultus agrorum intermissus; patentibus portis
urbis togati obviam frequentes imperatoribus processere, com-
meatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex agris de-
8 vehitur. Camillus castris ante portas positis, eademne forma
pacis, quae in agris ostentaretur, etiam intra moenia esset,
9 scire cupiens, ingressus urbem ubi patentes ianuas et tabernis
apertis proposita omnia in medio vidit intentosque opifices
suo quemque operi et ludos litterarum strepere discentium
vocibus ac repletas semitas inter vulgus aliud puerorum et
mulierum huc atque illuc euntium, qua quemque suorum usuum
10 causae ferrent, nihil usquam non pavidis modo, sed ne miran-
tibus quidem simile, circumspiciebat omnia, inquirens oculis,
11 ubinam bellum fuisset; adeo nec amotae rei usquam nec oblatae

1); gewöhnlich wird über eine Kriegserklärung ein Volksbeschlufs gefafst (Kap. 32, 4).

unum] mit Nachdruck bemerkt, weil die Auszeichnung für L. Furius nun gröfser ist, als wenn noch ein zweiter oder dritter Kollege mitgenommen würde.

permisso] = *cum ei permissum esset* (38, 10, 2). — Das Partic. Neutr. steht in unklassischer Weise als Abl. abs., indem ein Substantivsatz mit *ut* logisches Subjekt dazu ist: 5, 19, 9 *edicto, ne;* 9, 16, 5 *impetrato, ut*; 10, 36, 6 *edicto, ut;* 23, 14, 2 *lato ad populum ut.*

6. *moderatione*] 'Mäfsigung, Bescheidenheit', inbezug auf eigenes Lob und Anerkennung der Verdienste des L. Furius (Kap. 24, 10).

nec] aber nicht, jedoch nicht.

7. *togati*] im Friedenskleide, der Toga, wie in Rom. Überhaupt setzt die nachfolgende Schilderung in Tusculum Verhältnisse voraus, wie sie später in Rom waren.

9. *tabernis*] Die *tabernae* sind die (an die Häuser angebauten) Verkaufsläden. Indem diese offen stehen, sind die Verkaufswaren *in medio*, d. h. vor aller Augen, ausgestellt.

vidit] mit Partic. vom eigentlichen Sehen u. mit Infin. (*strepere*) vom Hören.

ludos litterarum] 'die (wissenschaftlichen) Schulen', von Privatlehrern gehalten, namentlich zur Übung im Lesen (3, 44, 6; 5, 27, 1).

repletas] Das Wort findet sich sonst nie mit dem Genetiv, dagegen zuweilen *implere* (namentlich bei Livius); Regel ist bei beiden der Ablativ.

mulierum] Es mufste als sicheres Zeichen friedlicher Gesinnung gelten, dafs Kinder u. Frauen, welche sich sonst am ehesten vor den Mifshandlungen der Feinde fürchten, furchtlos umhergingen.

10. *circumspiciebat*] er sah sich um nach allem, indem er umsonst ein Zeichen des Kriegs suchte.

11. *adeo* leitet bei Livius oft die nachdrückliche Bestätigung einer auffallenden Behauptung ein, hier des vergeblichen Suchens nach dem Krieg.

ad tempus vestigium ullum erat, sed ita omnia constanti tranquilla pace, ut eo vix fama belli perlata videri posset.

Victus igitur patientia hostium senatum eorum vocari 26
iussit. 'Soli adhuc' inquit, 'Tusculani, vera arma verasque vires, quibus ab ira Romanorum vestra tutaremini, invenistis.
ite Romam ad senatum; aestimabunt patres, utrum plus ante 2
poenae an nunc veniae meriti sitis; non praecipiam gratiam publici beneficii; deprecandi potestatem a me habueritis; precibus eventum vestris senatus, quem videbitur, dabit'.

Postquam Romam Tusculani venerunt senatusque paulo 3
ante fidelium sociorum maestus in vestibulo curiae est conspectus, moti extemplo patres vocari eos iam tum hospitaliter
magis quam hostiliter iussere. dictator Tusculanus ita verba 4
fecit: 'Quibus bellum indixistis intulistisque, patres conscripti, sicut nunc videtis nos stantes in vestibulo curiae vestrae, ita armati paratique obviam imperatoribus legionibusque vestris
processimus. hic noster, hic plebis nostrae habitus fuit erit- 5
que semper, nisi si quando a vobis proque vobis arma acceperimus. gratias agimus et ducibus vestris et exercitibus, quod oculis magis quam auribus crediderunt et, ubi nihil
hostile erat, ne ipsi quidem fecerunt. pacem, quam nos prae- 6

ad tempus] 'für den Augenblick', um die Römer zu täuschen (3, 64, 4; 21, 25, 14; 28, 42, 5 u. 43, 1).

tranquilla] Neutr. Plur., scil. *erant.*

vix fama belli] Übertreibung neben Kap. 26, 4 *bellum indixistis.*

26. 1. *patientia*] Unterwürfigkeit, Hingebung.

2. *non praecipiam*] 'ich will nicht vorwegnehmen' (22, 38, 11). Der Feldherr kann zwar vorläufige Anordnungen treffen; doch will Camillus dem Senat die Gelegenheit zu einem Akte der Milde nicht verkürzen.

quem videbitur] = *quem dare* oder *quem dandum esse ei videbitur.*

3. *senatus*] der ganze Gemeinderat, nicht blofs eine Abordnung desselben.

hospitaliter magis quam hostiliter] 'mehr wie Gastfreunde als wie Feinde'. Livius liebt dieses Wortspiel (Paronomasie): 1, 12, 8 *perfidos hospites, imbelles hostes*; 1, 58, 8 *hostis pro hospite;* 21, 24, 4 *hospitem enim se Galliae, non hostem advenisse;* 23, 33, 7 *hostes pro hospitibus comiter accepit.* Vgl. Plaut. Bacch. 253; Cic. Phil. 12, 27 u. de div. 2, 79; Ov. Fast. 2, 787 u. Heroid. 17, 10.

4. *dictator*] Bezeichnung des höchsten Beamten und Feldherrn in den latinischen Städten, welcher den Gemeinderat zusammenberuft und seine Beschlüsse ausführt (3, 18, 2).

sicut] d. h. ebenso friedlich und in demselben Aufzuge.

in vestibulo] Er spricht also am Eingang des Ratsaales, während die übrigen Tusculaner hinter ihm noch in der Vorhalle stehen (2, 48, 10).

armati paratique] 'bewaffnet und gerüstet'; ebenso 37, 5, 2. Vgl. Cic. de domo 12 *parati atque armati.*

5. *noster*] der Optimaten oder Adeligen. Auch sonst werden in den Latinerstädten zwei Stände unterschieden, die Nobilität und die Plebs, wie in Rom. 1, 28, 7; 4, 9, 8.

auribus] den Aussagen der Gefangenen. Kap. 25, 1.

ubi] = *ibi, ubi,* = *apud eos, apud quos.*

fecerunt] näml. quidquam hostile.

stitimus, eam a vobis petimus; bellum eo, sicubi est, avertatis precamur; in nos quid arma polleant vestra, si patiendo experiundum est, inermes experiemur. haec mens nostra est,
7 di immortales faciant, tam felix, quam pia. quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixistis, etsi revicta rebus verbis confutare nihil attinet, tamen, etiam si vera sint, vel fateri nobis ea, cum tam evidenter paenituerit, tutum censemus. peccetur in vos, dum digni sitis, quibus ita satisfiat'.

8 Tantum fere verborum ab Tusculanis factum. pacem in praesentia nec ita multo post civitatem etiam impetraverunt. ab Tusculo legiones reductae.

27 Camillus, consilio et virtute in Volsco bello, felicitate in Tusculana expeditione, utrobique singulari adversus collegam
2 patientia et moderatione insignis, magistratu abiit creatis tribunis militaribus in insequentem annum L. et P. Valeriis, Lucio quintum, Publio tertium, et C. Sergio tertium, L. Menenio iterum, P. Papirio, Ser. Cornelio Maluginense.

3 Censoribus quoque eguit annus, maxime propter incertam famam aeris alieni, adgravantibus summam etiam invidiosius

6. *eo, sicubi est*] = *eo, ubi est, sicubi est.*

precamur] mit Konj. ohne *ut*, wie an einigen Stellen bei Horaz und Ovid (vgl. Kap. 15, 5).

tam felix, quam pia] = *ut tam felix sit, quam pia est.*

7. *quod ad . . . attinet*] 'was . . . anbetrifft' (vgl. Kap. 6, 10 u. 23, 10); dagegen *nihil attinet* 'es ist nicht nötig' (vgl. Kap. 23, 7).

revicta] 'widerlegt, zurückgewiesen', ein seltenes Wort (40, 16, 3. Cic. p. Arch. 11).

tamen] ein unklarer Gegensatz. Entweder sollte der Nachsatz heifsen: 'so glaube ich, sie doch als unrichtig erklären zu sollen' oder der Konzessivsatz *etsi . . . attinet* samt *tamen* sollte fehlen.

dum] 'wenn nur'. 3, 21, 6.

ita] durch ein reumütiges Bekenntnis der Schuld ohne Furcht vor Strafe. — Der Satz soll die Grofsmut (*clementia*) der Römer loben, deren sie sich gern rühmten.

8. *civitatem*] durch Volksbeschlufs und zwar innerhalb der nächsten drei Jahre (Kap. 33, 6). Die neuen Bürger waren genötigt, das römische Recht anzunehmen und ihre Verbindung mit den latinischen Stammesgenossen aufzugeben. Die Tusculaner scheinen dieses Verhältnis ungern ertragen zu haben. 340 v. Chr. kämpfen sie mit den aufständischen Latinern gegen Rom (8, 7, 2).

Kap. 27—29. Das Jahr 374 der Stadt: Unruhen wegen der Schuldenlast; Krieg mit Praeneste; Diktatur des Titus Quinctius Cincinnatus.

27. 2. *Lucio quintum*] Vgl. Kap. 1, 8.

Publio tertium] Vgl. Kap. 6, 3.

Sergio . . . Menenio] Vgl. Kap. 5, 7.

Ser. Cornelio] Vgl. Kap. 6, 3. — *P. Papirius* ist unbekannt.

3. *censoribus*] Dies scheinen die ersten Censoren nach dem Einfall der Gallier (resp. seit 392 v. Chr.; vgl. Kap. 5, 7) gewesen zu sein. Sie sollten Klarheit darüber schaffen, was von dem Gerede über die Gröfse der Schulden zu halten sei, welche wahrscheinlich in den vier Jahren seit der Tötung des M. Manlius noch zugenommen hatten.

adgravantibus] noch drückender darstellten, 'steigerten', näml. in ihren Reden. Gegensatz *elevare* 'als geringer darstellen, herabsetzen'.

tribunis plebis, cum ab iis elevaretur, quibus fide magis quam
fortuna debentium laborare creditum videri expediebat. creati 4
censores C. Sulpicius Camerinus, Sp. Pòstumius Regillensis;
coeptaque iam res morte Postumi, quia collegam suffici censori religio erat, interpellata est. igitur cum Sulpicius abdi- 5
casset se magistratu, censores alii vitio creati non gesserunt magistratum. tertios creari velut dis non accipientibus in eum annum censuram religiosum fuit.

Eam vero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant: 6
fugere senatum testes tabulas publicas census cuiusque, quia nolint conspici summam aeris alieni, quae indicatura sit demersam partem a parte civitatis, cum interim obaeratam
plebem obiectari aliis atque aliis hostibus. passim iam sine 7
ullo discrimine bella quaeri; ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tusculum legiones ductas. Latinis, Hernicis, Praenestinis iam intentari arma civium magis quam hostium odio, ut in armis terant plebem nec respirare in urbe aut per

ab iis] von den Geldausleihern, *faeneratores*.

fide] *laborare* steht hier im Sinne von *carere*, das Kreditwesen leidet durch den Mangel an Redlichkeit.

creditum] substantiviert, wie Kap. 15, 5. Die Bankiers wollten den Glauben erregen, der Geldverkehr leide mehr durch den Mangel an gutem Willen vonseiten der Schuldner als durch wirkliche Zahlungsunfähigkeit.

4. *C. Sulpicius*] Vgl. Kap. 22, 1.

Sp. Postumius] Konsulartribun 394 v. Chr. (5, 26, 2), Vater des Lucius (Kap. 1, 8).

res] der Census.

religio erat] 'man Bedenken trug'. — 9, 34, 20 *urbs eo lustro capta est* (näml. *a Gallis*), *quo demortuo collega, C. Julio censore, L. Papirius Cursor* (vgl. Kap. 5, 7), *ne abiret magistratu, M. Cornelium Maluginensem collegam subrogavit... omnes deinceps censores post mortem collegae se magistratu abdicarunt.* 5, 31, 6.

5. *vitio*] 'auf fehlerhafte Weise', indem bei der Wahl irgend ein Formfehler begangen wurde.

religiosum fuit] 'man scheute sich' (2, 5, 3; 3, 22, 1; 5, 30, 7 u. 52, 8), = *religio fuit* (2, 62, 2; 5, 40, 8).

6. *vero*] 'wahrhaftig'; Kap. 6, 17.

fugere] scheue, suche zu entgehen.

tabulas publicas] die von den Censoren angelegten Schatzungslisten, in welchen das Vermögen jedes Bürgers angegeben war und welche daher ein Zeugnis über dasselbe waren. In diesem Jahre also wären sie Zeugen für die Verschuldung der Plebs geworden.

demersam] unterdrückt, zu Grunde gerichtet.

plebem obiectari] Sätze mit *cum interim* (vgl. Kap. 11, 4) bezeichnen etwas Auffallendes und Andauerndes. Die temporale Bedeutung des *cum* tritt hier zurück und es wird ein logischer Hauptsatz angeknüpft (als ob *at* oder *et* stände statt *cum*). So folgt auch 4, 51, 4 nach *cum interim* ein Acc. c. Inf.

7. *passim*] wo es dem Senate beliebe.

ab Antio etc.] Die römischen Truppen kamen vor Antium wohl 389 v. Chr. (Kap. 2, 13); Satricum wurde 386 genommen (Kap. 8, 10); bei Veliträ wurde 382 gekämpft (Kap. 22, 2). Die Kriege in Etrurien sind übergangen. Die Haltung der Latiner und Herniker wurde mehrmals als eine verdächtige bezeichnet (Kap. 10, 6; 13, 7; 17, 7; 21, 2).

otium libertatis meminisse sinant aut consistere in contione, ubi aliquando audiant vocem tribuniciam de levando faenore
8 et fine aliarum iniuriarum agentem. quod si sit animus plebi memor patrum libertatis, se nec addici quemquam civem Romanum ob creditam pecuniam passuros neque dilectum haberi, donec inspecto aere alieno initaque ratione minuendi eius sciat unus quisque, quid sui, quid alieni sit, supersit sibi liberum corpus an id quoque nervo debeatur.
9 Merces seditionis proposita confestim seditionem excitavit; nam et addicebantur multi, et ad Praenestini famam belli novas legiones scribendas patres censuerant. quae utraque simul auxilio tribunicio et consensu plebis impediri coepta;
10 nam neque duci addictos tribuni sinebant, neque iuniores nomina dabant. cum patribus minor *in* praesens cura creditae pecuniae iuris exsequendi quam dilectus esset — quippe iam a Praeneste profectos hostes in agro Gabino consedisse nun-
11 tiabatur —, interim tribunos plebis fama ea ipsa irritaverat

consistere] In den Volksversammlungen stand man.

8. *addici*] Die Volkstribunen wollen gegen die gerichtlichen Schuldexekutionen (vgl. Kap. 11, 8) und gegen die Aushebung intercedieren. Ersteres ist neu; dagegen die Verhinderung der Aushebung hatten die Tribunen auch schon versucht (z. B. 2, 44, 1; 3, 11, 2), indem sie jedem einzelnen Plebejer gegen die Anwendung von Gewalt beistanden.

inita ratione] Man beachte die Redensart *rationem inire* 'überlegen, ein Verfahren ausfindig machen' (Ter. Heaut. 674. Caes. 7, 24, 4. Liv. 5, 23, 9; 23, 2, 4; 25, 6; 48, 5).

minuendi eius] Dies scheint eine Hindeutung auf die früher (Kap. 15, 10) von Manlius vorgeschlagene und später durchgesetzte Mafsregel zu sein (Kap 35, 4).

sui] ungewöhnlicher Gen. part. nach *quid,* während man *suum* als Prädikat erwartet: was von seinem Eigentum vorhanden sei. Sinn: was sein wirkliches Eigentum sei von demjenigen, was als das Seinige gelte.

liberum corpus] seine Person als frei, die Freiheit der Person.

nervo] Vgl. Kap. 11, 8.

9. *Praenestini belli*] Den Pränestinern war vor zwei Jahren der Krieg erklärt worden (Kap. 22, 4). *Darauf* hatten sie mit den Volskern zusammen die Kolonie Satricum erstürmt; aber das vereinigte Heer war daselbst von Camillus besiegt worden (Kap. 24, 11). Statt diesen Sieg zu verfolgen, hatte dann Camillus einen Zug nach dem friedlichen Tusculum unternommen. Nun machten die Pränestiner, auf die innere Zwietracht der Römer vertrauend, einen Einfall auf römisches Gebiet (Kap. 28, 2).

quae utraque] Besser wäre der Singular: *quod utrumque . . . coeptum est.*

consensu plebis] Die Einsprache der Volkstribunen war von grofser Bedeutung, wenn sie alle einig u. die Plebs mit ihnen einverstanden war.

10. *iuniores*] die dienstpflichtigen Männer (Kap. 2, 6). Diese gaben, auf den Schutz der Volkstribunen vertrauend, den Konsulartribunen beim Namensaufruf keine Antwort und widersetzten sich der Aushebung. Ebenso findet sich *nomina dare* 3, 57, 9 u. 69, 7.

creditae pecuniae] abhängig von *iuris.*

nuntiabatur] Das Passiv von *nuntiare* wird von Livius oft unpersönlich mit Acc. c. Inf. konstruiert (4, 53, 3 u. 58, 4; 5, 8, 10 u. 39, 5; 7, 27, 5 etc.).

11. *irritaverat . . . deterruerat*] Plusquampf. mit Bezug auf das nach-

magis ad susceptum certamen quam deterruerat; neque aliud
ad seditionem exstinguendam in urbe quam prope inlatum
moenibus ipsis bellum valuit.
Nam cum esset Praenestinis nuntiatum nullum exercitum 28
conscriptum Romae, nullum ducem certum esse, patres ac
plebem in semet ipsos versos, occasionem rati duces eorum 2
raptim agmine acto pervastatis protinus agris ad portam Col-
linam signa intulere. ingens in urbe trepidatio fuit. concla- 3
matum ad arma concursumque in muros atque portas est, tan-
demque ab seditione ad bellum versi dictatorem T. Quinctium
Cincinnatum creavere. is magistrum equitum A. Sempronium 4
Atratinum dixit. quod ubi auditum est — tantus eius magi-
stratus terror erat —, simul hostes a moenibus recessere et
iuniores Romani ad edictum sine retractatione convenere. dum 5
conscribitur Romae exercitus, castra interim hostium haud
procul Alia flumine posita. inde agrum late populantes fata-
lem se urbi Romanae locum cepisse inter se iactabant: simi- 6
lem pavorem inde ac fugam fore, ac bello Gallico fuerit; et-
enim si diem contactum religione insignemque nomine eius
loci timeant Romani, quanto magis Aliensi die Aliam ipsam,
monumentum tantae cladis, reformidaturos? species pro-
fecto iis ibi truces Gallorum sonumque vocis in oculis atque
auribus fore.

kommende *valuit*, bei *interim* wechselnd (3, 17, 12; 21, 29, 1) mit dem Präs. hist. (3, 23, 1; 21, 47, 7) und dem Perf. (Kap. 28, 5).

28. 1. *certum*] 'bestimmt', indem unter den neuen Konsulartribunen keiner als Feldherr hervorragte, wie Camillus unter denen des vorhergehenden Jahres.

occasionem rati] 'hielten den Augenblick für günstig'. 21, 11, 8.

agmine acto] 'das Heer in Bewegung setzen' (2, 58, 7; 25, 36, 1; 27, 16, 10), zuweilen mit dem Adverb *raptim* zur Bezeichnung eines eiligen Marsches: 7, 37, 6; 21, 41, 4 u. 61, 4; 23, 36, 6; 25, 9, 3.

protĭnus] ohne Unterbrechung, in einem fort.

ad portam Collīnam] indem sie von der Via Praenestina (welche zur Porta Esquilina führte) über die Felder auf die Via Nomentana hinübergegangen waren.

3. *in muros atque portas*] Zeugma statt *in muros atque ad portas.*

T. Quinctium] Vgl. Kap. 4, 7. Der Reiteroberst A. Sempronius ist nicht weiter bekannt.

creavere] d. h. einer der Konsulartribunen wählte ihn nach einem Senatsbeschlusse (vgl. Kap. 2, 5).

4. *Romani*] ungewöhnlich zu *iuniores* gesetzt, um den Gegensatz zu *hostes* zu heben.

sine retractatione] 'ohne Weigerung, Widerstreben', auch an drei Stellen bei Cicero; in gleichem Sinne bei Livius zweimal *sine detractatione* (7, 28, 4; 44, 37, 4).

5. *urbi Romanae*] = *urbi Romae*, mit rhetorischem Pathos und Andeutung der Macht Roms. Vgl. § 9 *moenia Romana;* Kap. 40, 11.

6. *pavorem ac fugam*] häufige Wortverbindung bei Livius, z. B. *pavor fugaque* 5, 38, 5 und 31, 2, 9, *pavoris ac fugae* 26, 2, 13 und 35, 2, 3.

contactum religione] 'mit Grauen behaftet', = *religiosum, atrum.* Vgl. Kap. 1, 11.

7 Has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes
fortunae loci delegaverant spes suas. Romani contra, ubicum-
que esset Latinus hostis, satis scire eum esse, quem ad Regil-
lum lacum devictum centum annorum pace obnoxia tenuerint;
8 locum insignem memoria cladis irritaturum se potius ad delen-
dam memoriam dedecoris, quam ut timorem faciat, ne qua
9 terra sit nefasta victoriae suae; quin ipsi sibi Galli si offeran-
tur illo loco, se ita pugnaturos, ut Romae pugnaverint in re-
petenda patria, ut postero die ad Gabios, tunc cum effecerint,
ne quis hostis, qui moenia Romana intrasset, nuntium secun-
dae adversaeque fortunae domum perferret.
29 His utrimque animis ad Aliam ventum est. dictator Roma-
nus, postquam in conspectu hostes erant instructi intentique,
'videsne tu' inquit, 'A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad
Aliam constitisse? nec illis di immortales certioris quidquam
2 fiduciae maiorisve quod sit auxilii dederint. at tu, fretus armis
animisque, concitatis equis invade mediam aciem; ego cum

7. *ipsas*] = *ipsas quoque*, 'gleichfalls, ebenso' (indem sie von nichtigen Dingen sich diese ebenso nichtigen Einbildungen machten).

volventes] nämlich *animo* (2, 49, 5) oder *secum* (26, 7, 3).

delegaverant] 'hatten übertragen, übergeben'; ungewöhlicher Ausdruck statt *in fortuna loci posuerant spes suas.*

ubicumque] mit Coniunct. iterat. (vgl. Kap. 8, 6) wegen des Inf. hist. *scire* (= *sciunt*).

Latinus hostis] richtige Bezeichnung der Pränestiner, während sie Kap. 27, 7 neben den Latinern genannt werden.

devictum] Vgl. Kap. 2, 3.

obnoxia] auf *pace* bezogen ('unterwürfig') statt auf *quem* ('gehorsam, abhängig'). Vgl. 9, 10, 4 *emersisse civitatem ex obnoxia pace.*

8. *locum*] Der nächste Satz widerlegt den § 6.

quam ut] Vgl. Kap. 15, 12.

nefasta] 'unheilvoll, verderblich', häufig in der Verbindung *dies nefastus*, nur hier auf eine Örtlichkeit übertragen.

9. *quin*] Versicherungspartikel: ja, fürwahr.

Romae] Vgl. 5, 49, 3 fg.; 22, 14, 11.

tunc cum] Dies fügt nachdrücklicher als das bloſse *cum* eine genauere Bestimmung zu *postero die* hinzu, entsprechend den Bestimmungen eines Begriffes durch *is qui*, z. B. Cic. Tusc. 4, 2 *cum floreret in Italia Graecia potentissimis et maximis urbibus, ea quae magna dicta est*; Lael. 49, 65, 82.

ne quis hostis etc.] übereinstimmend mit 5, 49, 6: *castra capiuntur, et ne nuntius quidem cladis relictus.*

secundae fortunae] des Sieges an der Alia und der Einnahme Roms.

29. 1. *postquam*] mit Imperf. Vgl. § 3 u. 5; Kap. 10, 4.

intenti] 'schlagfertig' (Kap. 6, 13), hier in ungewöhnlicher Verbindung mit *instructi*, in den späteren Büchern mehrmals mit *parati* (24, 39, 4; 29, 6, 11; 30, 10, 8; 35, 11, 9).

loci] mit Nachdruck vor *fortuna* gestellt (vgl. Kap. 28, 7).

nec] Anknüpfung, als ob vorhergehe: *loci fortuna illi freti ad Aliam constiterunt.*

quod sit] 'etwas, das ... gewähre', synonym mit *quidquam.*

dederint] Konj. des Wunsches.

2. *armis animisque*] eine beliebte Wortverbindung: Cic. Phil. 3, 33 u. 10, 21; Verg. Aen. 12, 788; Liv. 31, 41, 13; Kap. 24, 10 (vgl. 7, 13, 6).

legionibus in turbatos trepidantesque inferam signa. adeste,
di testes foederis, et expetite poenas debitas simul vobis violatis nobisque per vestrum numen deceptis.'

Non equitem, non peditem sustinuere Praenestini. primo 3
impetu ac clamore dissipati ordines sunt; dein, postquam nullo
loco constabat acies, terga vertunt consternatique et praeter
castra etiam sua pavore praelati non prius se ab effuso cursu
sistunt, quam in conspectu Praeneste fuit. ibi ex fuga dis- 4
sipata locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt,
ne, si intra moenia se recepissent, extemplo ureretur ager
depopulatisque omnibus obsidio urbi inferretur. sed postquam 5
direptis ad Aliam castris victor Romanus aderat, id quoque
munimentum relictum; et vix moenia tuta rati oppido se Prae-
neste includunt. octo praeterea oppida erant sub dicione Prae- 6
nestinorum. ad ea circumlatum bellum, deincepsque haud
magno certamine captis Velitras exercitus ductus. eae quoque
expugnatae. tum ad caput belli Praeneste ventum. id non vi, 7
sed per deditionem receptum est.

T. Quinctius semel acie victor, binis castris hostium, no- 8
vem oppidis vi captis, Praeneste in deditionem accepto Romam
revertit, triumphansque signum Praeneste devectum Iovis Im-

inferam signa] 'werde ... eindringen'. Kap. 8, 1.

per vestrum numen] 'unter Anrufung eurer Majestät'. Dasselbe *per* wie oft in Schwüren und Beteuerungen. Vgl. 1, 9, 13 *per fas ac fidem decepti.*

3. *praelati*] = *praeterlati.* Das Verbum *praeterferri* (vorbeieilen) kommt nur an zwei Stellen vor: Lucr. 4, 571 und Liv. 21, 55, 9 (*simul latebras eorum improvida praeterlata acies est*). *praeferri* wird auch 7, 24, 8 mit *praeter* verbunden (*praeter castra etiam sua praelati*), dagegen 5, 26, 7 mit dem Accus. (*castra sua praelati*); sonst steht es absolut (2, 14, 7; 29, 32, 8).

se sistunt] 'sie machen Halt, stehen still', = *consistunt.*

4. *ibi*] = *in conspectu Praenestinae urbis.*

ex fuga] = *post fugam, se colligentes ex fuga.*

dissipata] = *effusa.* Das Wort wird zuweilen mit *fuga* verbunden: 28, 20, 8 *Punici exercitus ex dissipata passim fuga reliquiae;* 29, 33, 6 *loco praedicto, in quem ex dissipata convenirent fuga;* 38, 27, 8 *Galli ex dissipata passim fuga in unum locum congregati.*

tumultuario opere] hastige, eilige Schanzarbeit.

5. *se includunt*] Ausdruck und Konstruktion wie Kap. 8, 9.

6. *Velitras*] Diese Kolonie war zwei Jahre vorher mit Krieg überzogen, aber nach einem Siege geschont worden, weil es nötig schien, dafs zuerst Präneste gedemütigt werde (Kap. 22, 3). Nun wird sie eingenommen, aber nicht bestraft. Doch hält sie sich zehn Jahre lang ruhig (vgl. Kap. 36, 1).

7. *per deditionem*] Dieser Ausgang war nach § 5 *vix moenia tuta rati* zu erwarten; doch war bei der festen Lage von Präneste ein Widerstand nicht undenkbar. Nach dem Abzug des Diktators setzt die Stadt die Feindseligkeiten gegen Rom fort (Kap. 30, 8).

8. *binis castris*] nicht ganz richtig, indem unter den Worten § 5 *munimentum relictum* nicht ein eigentliches Lager zu verstehen ist.

signum ... tulit] Livius (oder sein Gewährsmann) hat sich geirrt. Das Standbild des Iuppiter Imperator

9 peratoris in Capitolium tulit. dedicatum est inter cellam Iovis ac Minervae, tabulaque sub eo fixa, monumentum rerum gestarum, his ferme incisa litteris fuit: 'Iuppiter atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet'.
10 die vicesimo, quam creatus erat, dictatura se abdicavit.

30 Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate, quibus aequatus patriciorum plebeiorumque numerus.
2 ex patribus creati P. et C. Manlii cum L. Iulio; plebes C. Sextilium, M. Albinium, L. Antistium dedit.

3 Manliis, quod genere plebeios, gratia Iulium anteibant, Volsci provincia sine sorte, sine comparatione extra ordinem data; cuius et ipsos postmodo et patres, qui dederant, paeni-
4 tuit. inexplorato pabulatum cohortes misere; quibus velut circumventis, cum id falso nuntiatum esset, dum praesidio ut essent citati feruntur, ne auctore quidem adservato, qui eos hostis Latinus pro milite Romano frustratus erat, ipsi in in-
5 sidias praecipitavere. ibi dum iniquo loco sola virtute militum restantes caedunt caeduntur que, castra interim Romana
6 iacentia in campo ab altera parte hostes invasere. ab ducibus utrobique proditae temeritate atque inscitia res; quidquid

war von T. Quinctius Flamininus aus Macedonien auf das Kapitol gebracht worden (Cic. Verr. 4, 129).

9. *inter cellam*] in einer Nische der Scheidewand zwischen den beiden Kapellen (zu Kap. 4, 3).

tabula] Diese Votivtafel gehörte zu einer goldenen Krone von $2^1/_3$ Pfund, welche der Diktator T. Quinctius als Weihgeschenk darbrachte. Vgl. Fest. p. 363: *trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quinctius dictator, cum per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset.*

ferme] Andeutung, dafs Livius die Inschrift nicht genau und nicht vollständig wiedergiebt.

fuit] nicht *est*, weil die Tafel und das Bild des Iuppiter bei einem Brande im Jahre 83 zerstört wurden (Kap. 4, 3; Cic. Verr. 4, 69).

divi] altertümlich und poetisch für *dei*.

10. *die vicesimo*] scil. *post*. 3, 8, 2; 4, 47, 6; 21, 15, 3; oft.

Kap. **30—31.** Die Jahre 375 und 376 der Stadt: Krieg mit den Volskern; innere Unruhen.

30. 2. *P. Manlius*] 368 v. Chr. Diktator, 367 wieder Konsulartribun. — *L. Iulius* war 388 v. Chr. Konsulartribun gewesen (Kap. 4, 7); die übrigen Kollegen sind nicht weiter bekannt. Diodor nennt im vorigen und in diesem Jahr acht Konsulartribunen (15, 50 u. 51).

3. *extra ordinem*] Vgl. Kap. 22, 6.

data] in Übereinstimmung mit *provincia*. Ebenso 2, 54, 1 *Manlio Veientes provincia evenit*; 3, 10, 9 *alteri* (scil. *consuli*) *ut Volsci, alteri ut Aequi provincia esset*; 5, 12, 6 u. 32, 2; 7, 11, 2; 31, 12, 1.

4. *quibus*] Dativ, abhängig von *praesidio ut essent.*

feruntur] 'eilen, stürzen'.

auctore] näml. *falsi nuntii.*

pro milite R.] = *quasi miles R. esset.*

in insidias praecipitavere] Ebenso 2, 51, 5; 5, 18, 7; 7, 6, 9. In den späteren Büchern findet sich auch das Passiv *praecipitari* in diesem Sinne.

5. *restantes*] An elf Stellen bei Livius ist *restare* synonym mit *obstare, resistere* (z. B. 4, 58, 4; 6, 32, 7; 8, 39, 9; 10, 14, 12).

6. *utrobique*] in der Schlacht und im Lager.

superfuit fortunae populi Romani, id militum etiam sine rectore
stabilis virtus tutata est.

Quae ubi Romam sunt relata, primum dictatorem dici 7
placebat; deinde, postquam quietae res ex Volscis adfereban-
tur et apparuit nescire eos victoria et tempore uti, revocati
etiam inde exercitus ac duces, otiumque inde, quantum a Volscis,
fuit; id modo extremo anno tumultuatum, quod Praenestini 8
concitatis Latinorum populis rebellarunt.

Eodem anno Setiam ipsis querentibus penuriam hominum 9
novi coloni adscripti. rebusque haud prosperis bello domestica
quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia maiestasque
inter suos obtinuit, solacium fuit.

Insequentis anni principia statim seditione ingenti arsere, 31
tribunis militum consulari potestate Sp. Furio, Q. Servilio ite-
rum, L. Menenio tertium, P. Cloelio, M. Horatio, L. Geganio.
erat autem et materia et causa seditionis aes alienum. cuius 2
noscendi gratia Sp. Servilius Priscus, Q. Cloelius Siculus cen-
sores facti, ne rem agerent, bello impediti sunt. namque tre- 3
pidi nuntii primo, fuga deinde ex agris legiones Volscorum
ingressas fines popularique passim Romanum agrum attulere.
in qua trepidatione tantum afuit, ut civilia certamina terror 4

fortunae] Dativ: was (von dieser Armee) dem Glücke des römischen Volkes übrig blieb. Es war dem Glück zu verdanken, daſs etwas übrig blieb, da die Unbesonnenheit und Ungeschicklichkeit der Anführer alles preisgegeben hatte.

7. *tempore*] die ihnen günstige, die rechte Zeit, = *occasione*.

etiam inde] wie alle andern Gegenden rings um Rom von römischen Truppen frei waren.

exercitus] in diesem Zusammenhang Plural. Somit hatte jeder der beiden Manlier sein eigenes Heer.

inde ... *inde*] Das Wort heiſst beidemal dasselbe; es ist also auch an der zweiten Stelle in lokalem Sinne aufzufassen, = *ab ea parte*.

quantum a Volscis] näml. *esse poterat*, 'soweit es die Volsker betraf', während dagegen die Latiner unruhig wurden.

8. *tumultuatum*] scil. *est*. Das Deponens *tumultuari* findet sich als unpersönliches Passiv mehrmals bei Livius (21, 16, 4; 24, 21, 2; 36, 44, 4), einmal bei Caesar (7, 61, 3).

9. *Setiam*] eine alte, durch ihren Weinbau bekannte Bergstadt in Latium, östlich von den pomptinischen Sümpfen. Livius giebt nirgends an, wann der Ort zum erstenmal kolonisiert wurde. Nach der Verteilung des Ager Pomptinus (Kap. 21, 4) und dem Verluste von Satricum (Kap. 22, 4) schien eine Verstärkung dieser Kolonie notwendig.

ipsis] = *ipsis Setinis*; Constructio ad intellectum (vgl. 24, 35, 1 und 36, 10; 31, 16, 5; 42, 36, 9; 44, 7, 5).

rebus] Dativ, mit *solacium fuit* zu verbinden.

31. 1. *Q. Servilio*] Vgl. Kap. 22, 1.

L. Menenio] Vgl. Kap. 5, 7.

2. *noscendi*] Vgl. Kap. 27, 6.

Sp. Servilius] Konsulartribun 368 v. Chr. (Kap. 38, 2).

impediti sunt] weil die abwesenden Bürger ihre Vermögensverhältnisse nicht angeben konnten. Obwohl diese Abwesenheit nicht lange dauerte (§ 8), hatten doch bei der Rückkehr der Heere die Censoren bereits ihr Amt niedergelegt.

3. *legiones*] = *copias*. Das Wort wird oft auf auswärtige Völker übertragen, deren Truppen nicht in Legionen eingeteilt waren.

externus cohiberet, ut contra eo violentior potestas tribunicia impediendo dilectu esset, donec condiciones impositae patribus, ne quis, quoad debellatum esset, tributum daret aut ius de pecunia credita diceret.

5 Eo laxamento plebi sumpto mora dilectui non est facta. legionibus novis scriptis placuit duos exercitus in agrum Volscum legionibus divisis duci: Sp. Furius, M. Horatius dextrorsus *ad* maritimam oram atque Antium, Q. Servilius et L. Geganius
6 laeva ad montes Ecetram pergunt. neutra parte hostis obvius fuit; populatio itaque non illi vagae similis, quam Volscus latrocinii more, discordiae hostium fretus et virtutem metuens, per trepidationem raptim fecerat, sed ab iusto exercitu iusta
7 ira facta, spatio quoque temporis gravior. quippe a Volscis timentibus, ne interim exercitus ab Roma exiret, incursiones in extrema finium factae erant; Romano contra etiam in hostico morandi causa erat, ut hostem ad certamen eliceret.
8 itaque omnibus passim tectis agrorum vicisque etiam quibusdam exustis, non arbore frugifera, non satis in spem frugum relictis, omni, quae extra moenia fuit, hominum pecudumque praeda abacta, Romam utrimque exercitus reducti.

32 Parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato, postquam quietae res ab hostibus erant, celebrari de integro iuris dictio, et tantum abesse spes veteris levandi faenoris, ut tributo novum faenus contraheretur in murum a censoribus loca-

4. *aut*] Darnach sollte eigentlich ein zweites *quis* stehen, indem bei *diceret* andere Personen zu denken sind als bei *daret*.

5. *sumpto*] 'verschafft'.

facta] Man beachte die oft vorkommende Redensart *moram facio alicui* (oder *alicuius*) *rei*, ich verzögere, hindere etwas (z. B. 3, 2, 10; 4, 53, 6).

scriptis] = *conscriptis*. Wahrscheinlich wurden vier Legionen ausgehoben und je zwei zu einem Heere vereinigt.

ad montes Ecetram] nach den Bergen gegen Ecĕtra hin.

6. *itaque*] an zweiter Stelle (vgl. Kap. 11, 9).

fretus] mit Dativ, wie Kap. 13, 1.

iusto exercitu] einem ordentlichen, regelrechten Heere, im Gegensatz zum *latrocinium* der Volsker.

7. *in extrema finium*] Ebenso 4, 1, 4 *extrema agri Romani* und 35, 3, 4 *per extrema finium*; dagegen 33, 37, 6 und 35, 4, 1 *per extremos Ligurum fines*.

hostico] ohne *agro* (vgl. 44, 13, 1), substantivisch gebraucht: 8, 34, 9 und 38, 2.

ut] Sinn: *Romanus ... morabatur ob eam causam, ut*. Vgl. 33, 1, 5 *causa erat morae, ut hastati consequerentur*; 5, 55, 5.

8. *tectis*] einzeln stehende Gebäude, im Gegensatz zu *vicis*.

satis] = *segetibus*.

Kap. 32—34, 4. Das Jahr 377: die Not der Plebs; Krieg mit den Latinern und Volskern; Übermacht der Patrizier.

32. 1. *parvo*] Der Feldzug hatte also nur eine kurze Zeit gedauert.

celebrari] betreiben, ausüben.

spes] In der Redensart *tantum abest* wird sonst regelmäſsig *tantum* als Subjekt aufgefaſst. Man erwartet hier: *et tantum aberat ut vetus levaretur faenus* (Schuldenlast). Ein persönliches Subjekt findet sich auch B. Alex. 22.

murum] wahrscheinlich ein Stück der Stadtmauer, welche im galli-

tum saxo quadrato faciundum. cui succumbere oneri coacta 2
plebes, quia quem dilectum impedirent non habebant tribuni
plebis. tribunos etiam militares patricios omnes coacta prin- 3
cipum opibus fecit, L. Aemilium, P. Valerium quartum, C. Ve-
turium, Ser. Sulpicium, L. et C. Quinctios Cincinnatos.
Iisdem opibus obtinuere, ut adversus Latinos Volscosque, 4
qui coniunctis legionibus ad Satricum castra habebant, nullo
impediente omnibus iunioribus sacramento adactis tres exer-
citus scriberent, unum ad praesidium urbis, alterum qui, si 5
qui alibi motus exstitisset, ad subita belli mitti posset; tertium
longe validissimum P. Valerius et L. Aemilius ad Satricum
duxere. ubi cum aciem instructam hostium loco aequo invenis- 6
sent, extemplo pugnatum; et ut nondum satis certam victo-
riam, sic prosperae spei pugnam imber ingentibus procellis
fusus diremit. postero die iterata pugna; et aliquamdiu aequa 7
virtute fortunaque Latinae maxime legiones, longa societate
militiam Romanam edoctae, restabant. eques immissus ordines 8
turbavit; turbatis signa peditum inlata, quantumque Romana
se invexit acies, tantum hostes gradu demoti; et ut semel in-
clinavit pugna, iam intolerabilis Romana vis erat. fusi hostes 9

schen Kriege zum Teil zerstört worden war.

a censoribus] Vgl. Kap. 31, 2.

2. *coacta*] scil. *est*.

3. *L. Aemilium*] näml. *quintum* (Kap. 1, 8).

P. Valerium] Vgl. Kap. 6, 3.

C. Veturium] 369 v. Chr. wieder Konsulartribun (Kap. 36, 6).

Ser. Sulpicium] auch 376, 370 u. 368 Konsulartribun, zu unterscheiden von *Ser. Sulpicius Rufus* (Kap. 4, 7).

L. Quinctium] Vgl. Kap. 6, 3 und 11, 1.

4. *Latinos*] mit Inbegriff der Pränestiner, dagegen mit Ausschlufs der Tusculaner (Kap. 33, 6). — Nachdem die Latiner schon einige Jahre eine verdächtige Haltung eingenommen hatten (vgl. Kap. 2, 3; 10, 6; 21, 2), liefs es zuerst Präneste 382 v. Chr. zum offenen Bruche mit Rom kommen; die übrigen Latiner fallen erst jetzt offen von Rom ab.

nullo impediente] dem folgenden Abl. abs. untergeordnet.

adactis] Man merke sich die Redensarten *ad ius iurandum adigere*, *iure iurando* oder *sacramento adigere* 'in Eid nehmen'. Namentlich findet sich oft vom Militäreide: *iuniores sacramento adigere* (Kap. 38, 8; 4, 5, 2; 7, 9, 6; 9, 29, 4 und 43, 4).

tres exercitus] wie Kap. 2, 7 u. 6, 14.

5. *ad subita belli*] 'bei plötzlichen Kriegsereignissen'. Vgl. § 11 *extrema agminis* und Kap. 37, 1 *extrema finium*.

6. *diremit*] wie Kap. 8, 7.

7. *restabant*] = *resistebant*. Vgl. Kap. 30, 5.

8. *turbavit; turbatis*] Das Verb wird zuweilen im Part. Perf. wiederholt, um die unmittelbare Aufeinanderfolge der Handlungen bestimmter und anschaulicher zu bezeichnen, als es durch Partikeln ('und dann', 'und so') geschehen könnte.

se invexit] 'vordrang'.

gradu] 'Stellung'. 7, 8, 3 *primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt.*

ut semel] 'sobald einmal', aus der Umgangssprache genommen, vereinzelt bei Plautus, Cäsar (b. g. 1, 31, 12), Cicero (Brut. 51; 305), Horaz (Sat. 2, 1, 24).

iam] 'bereits, sogleich', im Nachsatz, wie Kap. 18, 3.

cum Satricum, quod duo milia inde aberat, non castra peterent,
ab equite maxime caesi; castra capta direptaque.
10 Ab Satrico nocte, quae proelio proxima fuit, fugae simili
agmine petunt Antium; et cum Romanus exercitus prope vesti-
